q **Uod autem** ¶ Hec est prima questio huius decimequinte cause principalis Qua queritur vtrum ea que fiunt mente alienata sint imputanda. ¶ In quo dicitur quod non. tex. est in. §. ex voluntate. et in. c. merito et in. l. illud. et in. §. vt itaque. et in. c. aliquos. et in. c. illa. et in. c. sane. et in. c. si concupiscentia. et in. c. inebriauerunt ea. q. ¶ In qua dicitur etiam quod ministri iustitie non tenentur de homicidio. tex. est in. c. nec his. et in. §. cum itaque. ea. questione ¶ In qua subditur aliud quod animalia quandoque interficiuntur non propter conscientiam peccati. sed quia refricant memoriam facti. tex. est in. §. sacre et in. c. mulier ea. q. ¶ Ex qua habes colligere aliqua. et primo ex. d. §. ex voluntate in ver. si quis ignorat ignorabitur etc. ¶ In quo addere tu quod hoc habetur ad litteram per Paulum prima ad Corinthios. xiiii. c. et notatur in. §. notandum. supra. i. q. iiii. ¶ Insuper notabis eundem tex. in vers. extra sinagoga facient vos etc. et loquitur de ignorantibus. ¶ In quo adde quod hoc habetur ad litteram Johannis. viii. et. xvi. c. ¶ Preterea notabis eundem tex. in vers. testimonium illis perhibeo. quia contra celum dei habent sed non secundum scientiam etc. ¶ In quo adde quod hoc habetur originaliter per Paulum ad romanos. viii. et. x. cap. ¶ Preterea notabis eundem tex. in vers. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis etc. ¶ In quo tu adde quod hoc habetur ad litteram per Paulum ad romanos. vii. cap. ¶ Et concordat etiam tex. in. c. si paulus infra. xxxii. questione. v. ¶ Ulterius notabis eundem tex. in vers. vsque adeo peccatum voluntarium malum est vt nisi sit voluntarium nullo modo sit peccatum. ¶ Ultimo notabis eundem tex. in finalibus verbis in vers. peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat. ¶ Preterea notabis tex. in. d. c. merito in versi. omnes quippe homines qui scientes faciunt quod non licet vellent licere vsque adeo ipsum peccare non appetit. sed propter illud quod ex eo consequitur. ¶ Demum notab. text. in. d. l. illud in

illud in vers. iniuria ex affectu mentis ɔsistit
¶ Preterea notabis tex. in. §. sed obycit in
vers. septuplum vltro dabit de Chaym. De
Lamech vero septuagies spetiea ꝛc. ¶ In
quo tu adde ꝙ hoc hr̃ originalr̃ Genes. iiij. c
circa finem. ¶ Preterea notabis tex. i. §. ex
eo ãt i versi. Nunqd enim de bobus cura ẽ
deo ꝛc. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc hr̃ ad lram
p Paulũ prima ad Corin. ix. c. ¶ Preterea
notabis eundẽ tex. ibidẽ statim i vers. hoīes
vero rõabiles facti sunt vt de se ꝛ de oĩbus
rebus quas in vsuꝫ presentis vite accepunt
rõeꝫ deo reddituri sunt. ꝛ pro suoꝝ actuuꝫ q̃
litate recipient aut penã aut gloriã. Et cõcor
dat tex. in. c. ip̃s. s̃. xiij. q. ij. ¶ Ulteri⁹ nota
bis tex. in. d. c. mulier in vers. mulier que ac
cesserit ad omne pecus ɔ vult ascendi ab eo
interficies mulierẽ ꝛ pec⁹ morte moriatur ꝛc.
¶ In quo adde ꝙ hoc hr̃ originaliter Leui
tici. xx. c. ¶ Ulterius notabis tex. in. d. c. ali
quos i ver s. quõ reus cõstituit qui nescit qd
fecerit. ¶ Insup notabis tex. in. d. c. illa i ꝟ.
si quis p imprudentiam itulerit necesse acci
pit ipunitatis spẽ ꝛ ifugij facultatẽ vt possit
euadere ꝛc. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc hr̃ ori
ginaliter Deutro. xiiij. c. ꝛ Numeri. c. penul.
ꝛ vlti. c. ¶ Postmodum notabis tex. ibideꝫ
in fi. in vers. mala enim nõ sunt que nec crie
mentẽ implicant nec ɔsciam ligãt vnde pau
ptatem ignobilitatẽ egritudine ꝛ mortem ne
mo sapiens maledixerit nec in maloꝝ sorte
numerabit. ¶ Preterea notabis tex. in. d. c.
inebriauerũt i vers. filie Loth inebriauerũt
in nocte ꝛ se nescienti miscuerunt ꝛc. ¶ In
quo adde ꝙ hoc hr̃ originaliter Gene. xix. c.
¶ Et cõcordat tex. i. c. sexto die. s̃. xxv. dist.
¶ Demũ notabis tex. in. d. c. non est i versi.
voluntariũ sibi militem elegit xp̃s volunta
rium sibi seruuꝫ diabolus dcionat ꝛc. ¶ In
q adde ꝙ hoc hr̃ ad lram p paulum. ij. ad co
rinth. ix. c. Et ɔcorda tex. in. §. fi. isra. xxiij. q
vi. ¶ Ulterius notabis tex. in. d. c. nec bis i
vers. dñs dixit in ea die in qua interfecero
oẽm primogenituꝫ Egipti sanctificabo mihi
omne primogenitũ Israel. ¶ In quo adde
ꝙ hoc hr̃ Numeri. iij. c. ¶ Ultimo signabis
tex. in. c. si quis nõ iratus quod ẽ. c. fi. i vers.
voluntatem nõ opus requirit ꝛc. ¶ In quo
dicas ꝙ hoc hr̃ ad lram Math. vi. c. Et hec
sunt que quo ad lram notari possunt. ¶ Nũc
capio glosas relatu dignas ꝛ primo glo. sum
me que potest diuidi i quattuor ptes. ¶ Pri
mo decidit hanc qõem ꝑut supra dixi in pri.
¶ Secundo refert vna distinctionem circa
hoc. ¶ Tercio reprobat eaꝫ. ¶ Quarto po
nit duplicẽ isirmitatẽ vꝫ aĩe ꝛ corpis seu car
nis. Dicẽs ꝙ ex p^a ifirmitate insurgũt tria q̃
iducũt petiũ vꝫ ira delectatõ ꝛ obliuio. Sed
ex carne duo procedunt. in quoꝝ primo pec
cat scilicet in peccato originali. aliud vero ẽ
febris in qua nõ peccat si pp el⁹ furorem ali
quid fiat. secunda ibi. quidam tñ distinguunt
tercia ibi quam distinctionem non admitto.
quarta ibi ad itelligentiam eius quod dicit.
¶ Insup notabis glosam in. §. sed hoc. que
ponit an peccatuꝫ sit pena. ꝛ vnde est ꝙ pec
camus quottidie dicens ꝙ est pena origina
lis peccatj. ¶ Et glo. in d. c. merito. i verbo
nemoq̃ dixit fm Senecam. Si scirem deos
ignoscẽtes hoĩes ãt ignoraturos dedignarer
peccar ꝛc. d verbũ nõ Senece. sed appostil
lis dignum ꝛ ɔueniẽs ꝛ bene obseruandum
¶ Et glo. ibideꝫ in verbo nescienteꝫ q̃ põit
quõ capit nescire. ꝛ qñ puniatur ꝛ qñ non.
¶ Et glo. in. d. c. illa in verbo legis que cõ
mẽorat tres ciuitates ad qs qa fugiẽs post
homicidiũ erat tutus a ɔsanguineis occisi ꝛc.
¶ In q̃ adde tu ꝙ hoc habet originaliter i
c. penl'. ꝛ vlt. Numeri. ꝛ ẽt i. c. xviij. Deutro
¶ Et ex his habes ea que in hac qõe prima
merito notari potuerũt quo ad tex. ꝛ glosas
vnacũ additõib⁹ ꝛ suppletiõib⁹ necessarijs
ad predicta oĩa ex veteri nouoqꝫ testamẽto
ꝛ sacratissimoꝝ euãgelistaꝝ codicib⁹. alijsqꝫ
sacris scripturis ꝑut ex supradcis apparet.

¶. xv. q. ij.

P **Ro impensis** ¶ Hec ẽ secunda q̃
stio huius. xv. cause pricipalis qua
q̃ritur vtrũ liceat clericis exigere
munera pro impẽsis p̃rocinijs. ¶ In quo di
citur ꝙ sic a sponte dantib⁹. sꝫ nõ ab inuitis
tex. est in. c. obseruãduꝫ qd est. c. vnicũ ca. q
¶ In qua nõ habea alia quo ad tex. vel glo
sas excepta glo. sũme q̃ notabil' est. Et põt
diuidi i septẽ ptes. ¶ Prio format hãc qõeꝫ
simpl'r. ¶ Secũdo põit vtrũ cl'ic⁹ possit al
legare in causis ciuilib⁹ coraꝫ iudice sclari.
¶ In q° tꝫ ꝙ ñ p tex. i. c. aliq̃ntos. s̃. l^a. dis.
¶ Tercio põit aliquos casus i quibus põt
aduocare in ciuilibus. ¶ Quarto põit qd d
ep̃is ꝛ alijs sacerdotib⁹ an possint allegare.
ꝛ tꝫ ꝙ nõ. per tex. i. c. ꝑlatum. s̃. lxxxvi. dis.
¶ Quito põit vtꝝ clerici possint aduocare
corã iudice ecclesiastico ꝛ recipe salariũ ꝛ
tꝫ ꝙ sic in vtroqꝫ. ¶ Sexto põit an religiosi
vel monachi possint aduocare. ꝛ tꝫ ꝙ no nisi
ꝑ sua eccia ꝛ de p̃cepto dñi abbatis p i tex. e
monacis. s̃. e. q i. ¶ Septio ꝛ vltimo ponit
vnã correctõꝫ circa illud qd supra dictuꝫ est
de sacerdotib⁹. sa ibi prĩo ergo. sciat. tercia
ibi itẽ in ciuili. quarta ibi. ep̃i auteꝫ. qnta ibi
sꝫ clerici. sexta ibi religiosi ꝛc. septia ꝛ vltia
ibi qd dicit d sacerdote ꝛc. Et hic nõ sũt alia
notatu digna. tene mẽti hanc glo. qꝛ est mul
tuꝫ magra in sua materia ꝛ d pane lucrãdo.

¶ .xv.q.iij.

t **Ercio loco** ¶ Hec ē tercia q̄stio hui⁹ xv.cause pricipalis qua queritur vtrum sacerdos sit ꝯdemnādus ex ꝯfessione mulieris. ¶ In quo arguēdo ad ꝑtes hincinde tandem dicitur ꝙ nō text.est in .l.de crimine.ꝛ in.l.ex eo.ꝛ in.l.non est permissū.ꝛ in.l.certis.ꝛ in.l.vxor ea.q. ¶ In qua subdit ꝙ fallit in crīe lese maiestatis ꝛ simōie ꝛ alioꝝ publicoꝝ iudicioꝝ.tex.ē in.§.ꝓhibetur.ꝛ i.c. sane ea.q. ¶ In q̄ subditur ꝙ cōsci⁹ crimis non pōt admitti.tex.ē in.§.qꝛ ergo q ē.§.fi.ea.q. ¶ In qua dicit ꝙ ꝑꝑ hāc cā mlier in casu isto non potuit admitti in hac nr̄a qōne. ¶ Ex qua mō hēs colligere aliq̄ relatu digna.ꝛ ꝑ ex text.in.§.his ita rñdetur.in versi.hodie ꝓ pctō qō mulier indixit ab apostolo ei indicit verecūdari ꝛc. ¶ In quo adde ꝙ hoc hr̄ origialr̄ ꝑ Paul. pria ad Corīth.xi.caº. ¶ Secundo notabis tex.in.d.c.sane in fi.in versi.quos par facinus coniugnat ꝛ equat vtrosq̄ȝ similis pena ꝯmitet ꝛc. ¶ Nec i tex.hēs alia nisi notaē ēt leges supra dictas hic canōizatas. ¶ Capio nūc glosas relatu dignas. ¶ Et primo glo.sūme que pōt diuidi in duas partes. ¶ Primo decidit hāc qōem prout supra dixi in pricipio adducens aliquas rōes ꝓ ꝯfirmatione eiusdeȝ. ¶ Secundo excipit duos casus ab ista regula.fa ibi admittiē mulier ꝛc. ¶ Insuper habes glo.in.d.l.ex eo in verbo testimoniuȝ que ponit quō ꝛ q̄n mulier pōt testificari de iure ciuili ꝛ canonico tam in ꝯtrib⁹ q̄ȝ in iudicijs ꝛ vltimis voluntatibus. Ulterius hēs glo.magistrā in.d.l.certis in verbo pupillus que ponit quō minor possit esse in iudicio ꝛ in quibus casibus.ꝛ quid in causis spiritualibus. ¶ Ultimo habes glo.multuȝ singularem i.d.c.sane i verbo ad instar que ponit differentiā inter crimen lese maiestatis ꝛ crimen simonie.que omīa tene menti. ¶ Ex quibus oībus habes nunc expeditionem hui⁹ tercie questionis decimeqnte cause principalis cuȝ suis additionibus pronūc necessarijs ꝛ oportunis.

¶ .xv.q.iiij.

q **Uod vero** ¶ Hec est q̄rta questio huius decimequinte cause principalis In qua queritur vtrum die dominico liceat ep̄is vel p̄sbyteris ventilare cāȝ aliquam. ¶ In quo dicit ꝙ non.text.est in c.nullus el primo ꝛ el fo.ꝛ in.c.placita e.q. ¶ In qua quo ad tex.alia non hēs ꝯmemoratione digna. ¶ Nunc capio glosas.ꝛ prio glo.sūme quā diuido tibi in quinq̄ȝ partes. ¶ Primo decidit hanc qōem prout supra dixi in prin. ¶ Secundo excipit octo casus ab ista regula. ¶ Tercio ponit vtꝝ libellus possit dari die feriata.Et tȝ ꝙ sic ꝑ tex.i.l.miles §.lx.ff.de adulter ¶ Quarto limitat vnum casuȝ ex illis octo supius exceptis. ¶ Quīto ꝛ vltio addit duos alios casus ad supra exceptos i q̄bus die feriata ꝓcedi pōt. fa ibi nisi tm̄.tercia ibi libell⁹ autē.q̄rta ibi qō m̄ dixi quinta ibi.itē saris ꝛc. ¶ Ultimo tene menti glo.in.d.c.placita i verbo ecclesiam que ponit q̄n ꝯmittiē cā decidēda infra certum tp̄s ꝛ interim incidant dies feriati an expiret cōmissio.ꝛ tȝ ꝙ sic.tm̄ salua est iis corā alio. Et ibidē glo.ponit an valeat citatio ꝓ die feriata.ꝛ tȝ ꝙ sic quo ad ꝯparendū tantū nō quo ad respondenduȝ. ¶ Alia vero hic non sunt i textu vel in glosis q̄ notatu digna sint.

¶ .xv.q.v.

p **Urgatiōem** ¶ Hec ē.v. qō huius decimequinte cause pricipalis qua q̄ritur vtꝝ purgatio accusato sit deferenda. ¶ In quo dicit ꝙ nō tex.ē in.c.de crimine.ꝛ i.c.p̄sbyter qō ē.c.fi.ea.q. ¶ In q̄ pauca notatu digna sunt excepto vno tex.in.d.c.de crīe in fi.in vers.Chaim maledictus qui patris verenda derisit ꝛc. ¶ In quo dicas tu ꝙ hoc hr̄ originalr̄ Gen.ix.c.ꝛ ꝯcordat ēt tex.in.c.fuit.ij.q.vij.ē.c. ¶ Nec alia sunt hic maxime in glo.summe q̄ nihil aliud facit nisi ꝙ decidit hāc qoeȝ pur.s̄.dixi i pri.limitādo tm̄ nisi iā laboraret insania.qꝛ tunc purgatio accusato non ē denegāda ꝛ plus nō dicit ꝛ tu ēt plura hic non dicas.

¶ .xv.q.vi.

q **Uod vero** ¶ Hec ē.vi. qō huius.xv.cause principalis. In qua q̄riē vtꝝ ꝯfessio.sit extorquenda cruciatib⁹ vel tormentis. ¶ In qua dicitur ꝙ nō regulaē tex.ē in.c.si sacerdotibus ꝛ i.c.auctoritatē.ꝛ i.c.alius ꝛ in.c.nos sanctoꝝ ꝛ in.c.iuratos qō ē.c.fi.ea.q. ¶ In q̄bus vltimis iuribus hēs q̄liter iuramenta illicita relaxantur ꝛ maxime i tex.i.d.c.auctoritatē in vͣs.dissolue obligatōes ipietatis. ¶ In quo adde ꝙ hoc hr̄ originalr̄ Isaie.lviij.c. ¶ Ultimo notabis tex.in.d.c.iuratos i ver.oȝ prius seruire deo q̄ȝ hoībus ꝛc.q̄ verba hn̄tur ad lr̄am Actuū.v.c.Et ꝯcordat tex.in.c.si dn̄s.xi.q.iij. Alia vero nō hēs hic quo ad tex. ¶ Nūc capio glosas relatu dignas.ꝛ prio glo.sūme quā diuido tibi in duas ptes. ¶ Primo q̄rit an sit licitū extorquere ꝯfessionem tormētis ab aduersario.ꝛ tȝ ꝙ nō ꝑ text.i.d.c.si sacerdotibus.ꝛ.c.auctoritatē. ¶ Secūdo pōit vtꝝ iudex ipse possit hoc facere. ¶ In q̄ distiguit ꝙ aut loqtur i testib⁹ torquēdis.aut i autore

aut in reo siue simus in criialibus siue ĩ ciuili bus. ⁊ in testib⁹ primo ꝯcludit ꝙ sic si ē seru⁹ vel si est liber ⁊ ē ĩfamis. alias ꝗt nō pōt torqueri ꝑ tex. in. §. nos igit̃ in autē. de testib⁹. Si vero loquimur in actore ⁊ nunq̄ in ciuilib⁹ torqueri pōt. sed in criialibus aliqñ sic vz in atrocibus. Si vero loquimur in eo ꝯuento pōt in criialibus torqueri ⁊ ēt in ciuilibus si est vi lis ꝑsona. vel si ē suspecta alias nō. fa ibi sed a iudice. quā gl. tene mēti. qꝛ magistra ē ĩ suĩ materia. ⁊ vide ea q̄ notant̃ ĩ. c. illi. š. v. q. v. ¶ Hēs insup gl. multū not. in. d. c. auctoritatē in verbo absoluimus q̄ ponit vtꝝ iuramētū ꝑ vim extortū obliget. Et ꝯcludit ꝙ non si fuit talis metus q cadat ĩ virū ꝯstātez. alias sic. ¶ Et ponit ēt eadē gl. vtꝝ papa possit absoluere a tali iuramēto. Et tz ꝙ sic ĩ coactis sz nō in voluntarijs. dicēs ꝙ papa nō pōt dispēsare ꝯ euangeliū sed bene ĩ apostoluz. ¶ Ultimo notabis gl. ĩ. d. c. nos sanctoꝝ ĩ verbo ꝯstricti q̄ magistra ē in hoc vtꝝ si ꝓmisi soluere alicui sub certa pena. ⁊ ille interĩ excōicatur possim ei soluere. ¶ Et cōcludit ꝙ nō qd perpetuo tene menti. ⁊ hic nō sunt alia q̄ merito notari possunt.

¶ xv. q. vij.

a **Absque** ¶ hec ē. vij. qō huius xv. cause pricipalis. In qua q̄ritur vtꝝ eps possit ꝯdēnare sacerdotem absq3 sinodali audiētia. ¶ In quo dr̃ ꝙ nō. tex. ē in. c. sexta ⁊ in. c. si qd. ⁊ in. c. si quis. ⁊ in. c. felix epus. ⁊ in. c. si aūt. ⁊ in. c. epus el primo ⁊ el. ij. qō ē c. fi. ea. q. ¶ In q̄ notabis aliqua ⁊ ꝑ tex. in d. c. sexta in vers. eps enim sacerdotibus ac ministris solus honorē dare pōt solus aūt auferre non pōt. nec ĩ textu sunt alia. ¶ Capio nunc glosas. ⁊ ꝑ glo. sūme quā diuido tibi in quattuor ptes. ¶ Primo ponit circa hanc q̄stionē quid iuris qñ agit̃ criialiter ꝯ clericuz ad deponendū eū. Et tz ꝙ est necessaria presentia epoꝝ. ꝑ tex. in. d. c. felix. ¶ Secundo ponit qd iuris qñ agitur ꝯ clericū ad depositionē beneficij. ¶ In quo tz ꝙ solus eps pōt cū suis clericis. ꝑ tex. ĩ. c. at si clerici de iudi. ¶ Tercio ponit qd iuris qñ agitur ꝯ clericū de crie in modū exceptionis. ¶ In quo idē ꝯcludit qd in casu ꝓxime ꝑcedenti. ¶ Quarto ⁊ vltio pōit ꝯclusionē circa ꝑdicta ꝙ accusator ĩ crib⁹ supradictis punit̃ ĩ casibus supradictis qñ calōniat⁹ ē ꝑ tex. ĩ. c. sup his extra de accu. fa ibi sin aūt agit̃. z⁰ ibi itē si agit. q̄rta ibi tū quocūq3 ⁊c. Nec alia sūt hic q̄ merito notari possunt.

¶ xv. q. viij.

d **Ultima uero** ¶ hec ē. viij. ⁊ vltima qō huius. xv. cause pricipalis. In qua queritur vtrum sponte cōfessus aut ab alijs ꝯuictus ꝙ ante ordinatiōem peccauerit possit exeq officiuz suscepti ordinis. ¶ In quo dr̃ ꝙ non si fuit vnctus tex. est ĩ. c q admiserit. ⁊ in. c. hi q. ⁊ ĩ. c. cū multe. ⁊ ĩ. c. si qs ea. q. ¶ In qua vltio loco dr̃ ꝙ si talis ab ecclesia tolleratur pōt licite qs ab eo sumere sacramenta tex. ē in. c. sciscitantib⁹ qd ē. c. fi. e q. ¶ In qua notabis bene tex. ĩ. d. c. hi qui in versic. Si iterato velut canes ad vomituz reuersi fuerint ⁊c. ¶ In quo adde ꝙ hoc hr̃ ad lrāz fa Petri. ij. c. ¶ Preterea notabis tex. ĩ. d. c. fi. in vers. priusquā audieris ne iudicaueris quēquaz. ¶ In quo adde ꝙ hoc hr̃ originaliter Ecclesiastici xi. c. Et cōcordat tex. in. c. eoꝝ. xi. q. iij. ¶ Ultimo notabis eundem text. in fi. in versicu. non statim q accusatur reus est sed qui conuincitur criminosus est. ⁊c. ¶ Et hec sunt que in textu merito notari potuere. ¶ Capio nunc glosas relatu dignas. ⁊ primo glo. sume quā diuido tibi ĩ quattuor ptes. ¶ Primo format hanc qōem. ¶ Secūdo eam decidit distinguendo multuz magr̄aliter. ¶ Tercō ponit que criia indicat depositionē. Et enumerat tria effectualiter. ¶ Primo vbi qs fecit tumultū ĩ populo. ¶ Secundo qñ cantauit duas missas. ¶ Tercio qñ non venit ad sinodū. ¶ Quarto ⁊ vltio r̃fert gl. opiniōes aliquoꝝ volētiū ꝙ oē crimen ĩduceret depositionē nisi spēalr̃ exprimeret̃ a canone. quā opinionē gl. oino reprobat. fa ibi distinguas ergo. tercia ibi si queras. quarta ibi tradunt autem quidā ⁊c. ¶ Insup notabis glo. ĩ. d. c. hi. qui ĩ glo. fi. ĩ verbo in potestate ĩ fi. q̄ dixit ꝙ habēs a papa potestatē dispēsadi pōt ēt restituer̃ famā ¶ Ultimo nota. glo. ĩ. d. c. cū multe ĩ verbo hereditatē. q̄ dixit ꝙ hodie spurij excludunt̃ ab oĩ bñficio. ꝑ tex. ĩ autē. lz. C. de natu. libe. ¶ Ex qbus oibus nūc hēs expeditionē hui⁹ xv. cause principalis cū octo eius qōibus in ea formatis ⁊ decisis cum his que tā in tex. q̄z in glo. merito notari potuerunt vna cum additionibus ⁊ suppletionibus nostris ad ꝑdicta omnia necessarija ⁊ oportunis.

¶ Decimasexta causa.

t **Hema decimesex**te cause pncipalis ex quo eliciuntur septem questiones vt ex infra dicēdis clari⁹ appebit. ¶ Quidā abbas hēbat procbitanā ecclesiā ĩstituit ibi monachū vt officium celebraret populo possedit eam per. xl. annos sine aliqua interpellatione. ¶ Tadez querela aduersus abbatez mouet̃ a clericis baptismalis ecclesie in cui⁹ diocesi procbitana ecclesia cōsistebat. Unde de septē dubitat̃ vt infra gradatī seriosius appebit

q **Uod monaci** ¶ Hec ē pria questio huiꝰ .xvi. cause pricipalis, qua querit̄ vtrū liceat monacis celebrare officia populis. ⁊ dare pēitentias ⁊ bpatizare. ¶ In q̊ arguēdo tamē prius hiucinde ad ptes dicit̄ ꝙ sic cū cōsensu tamē abbatis ⁊ capituli alias autez non tex. est in. §. alias vero ⁊ in. c. doctos. ⁊ in. c. si monachus. ⁊ in. c. moderamine. ⁊ in. c. ex auctoritate. ⁊ in. c. sunt nōnulli. ⁊ in. §. his oibus. ⁊ in. c. si iure. ⁊ in. c. monaci rogantes. ⁊ in. c. cum pro vtilitate. ⁊ in. c. monaci. ⁊ in. c. legi epistolam. ⁊ in. c. cunctis. ⁊ in. §. ecce sufficiēter ea. qōe. ¶ In q̄ ēt subdit̄ aliud ꝙ mōaci ⁊ abbates sunt exempti a munere tutele ⁊ ab alijs oneribus. tex. ē in. c. generalit̄. ⁊ in. §. nouarū. ⁊ i. l. placet ea. q. ¶ In qua ēt addit̄ ꝙ nihilominus ꝑdia monasterioꝝ tenent̄ soluere decimas ecclesiis q̄bus sunt obnoxia. tex. est i. c. si quis. ⁊ in. c. ecclesie. ⁊ in. c. q̄cunqz. ⁊ i. §. decimas. ⁊ in. c. ꝺ decimis ea. q. ¶ In q̄ subdit̄ ēt aliud ꝙ papa pōt duos episcopatus i vnū redigere. tex. ē in. c. ⁊ ipis qualitas. ⁊ in. c. postq̄. ⁊ i. § sicut antē. ⁊ ēt eximere potest epm a iurisdictione archiepi tex. ē. ca. frater noster adrianus. ea. q. ¶ In qua subdit̄ aliꝺ ꝙ pōt eps de vna prochia ⁊ eccia prochiali ⁊ baptismali duas facere. tex. ē i d. §. sicut āt ⁊ in. §. plres ⁊ i. c. plures e. q. ¶ In q̄ subditur postea aliud ꝙ nō possunt res ecclesie regulariter alienari. tex. ē in. c. similiter. ⁊ i. c. qz iuxta ea. q. ¶ In qua ēt subdit̄ ꝙ oblatiōnes ecclesie sine ꝯsensu epi nō possunt distribui. tex. ē in. §. cum ergo. ⁊ in. c. ꝯstitutū ea. q. ¶ In qua ēt subdit̄ aliud ꝙ a clericis ⁊ a pꝛys locis vltra statuta patrū nō possunt epi aliq̄d exiger̄ tex. est i. c. nulli. ⁊ in. c. ad hoc. ⁊ i. c. ꝑdicatoꝛ ea. q. ¶ In qua vltio loco ēt aliud tradit̄ ꝙ decime debitē sacerdotibus oīno eis solui debent. tex. ē in. c. reuertimini ⁊ i. c. decime. ⁊ in. c. angelicis. ⁊ in. c. qm̄. qꝺ ē. c. fi. ea. q. ¶ Ex qua modo hēs aliqua colligere relatu digna. ⁊ pꝛimo ex tex. in. d. c. si cupis ibi si cupis ēe quod diceris monachus idest solus q̄d facis in vrbibus que non sunt soloꝝ habitacula sz multoꝝ ⁊c. ¶ Insuper notabis eundē tex. ibi habeto simplicitatē columbe ne cuiq̄z machineris dolos. ⁊ sei pentis astutiam ne alioꝝ supplāteris insidijs ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc hr̄ Math. x. c. ⁊ ēt ꝑ Paulum. pꝛia ad Corin. vi. c. Et ēt ꝯcordat tex. in. c. ex merito. ꝯ. vi. q. i. ¶ Ultimo notabis eundē tex. in fi. i vers. ne filioꝝ panez canes comedant ⁊c. ¶ Preterea notabis tex. in. c. ecclesia i vers. Roboam filius Salomonis iō ꝑdidit regnū q̄a noluit audire ꝑs byteros suos ⁊c. ¶ In quo adde ꝙ hoc originaliter hr̄. iij. Regum. xij. c. ¶ Et ꝯcordat tex. ēt in. c. deniqz. ꝯ. vij. q. i. ¶ Demū notabis tex. in. c placuit in vers. sicut piscis sine aq̄ caret vita ita monachꝰ sine monasterio sedeat ita qz solitarius ⁊ taceat. qz mundo ē mortuus deo āt viuit agnoscat nomen sui. monos. n. grece latine vnus. achos āt grece latine tristis. inde dr̄ monachus idest vnus ⁊ tristis. ¶ Preterea notabis tex. in. c. q vere in fi. in vers. ꝯuenit epo hr̄e curam ciuitatis ⁊ sollicitudinem necessariā monasterijs. ¶ Demum notabis tex. i. c. adicimus in vers. preter dn̄i sacerdotes nullus audeat ꝑdicare siue monachus siue laycus sit qui cuiuslibet scie nomie gloriet̄. ¶ Preterea notabis tex. in. d. c. doctos in ver. de altari cui seruiūt viuentes ⁊c. ¶ In quo adde ꝙ hoc hr̄ ꝑ paulū pꝛima ad Corinth. ix. c. ¶ Et ꝯcordat tex. in. c. ex his. ꝯ. xij. q. i. ⁊ tex. i. §. i. ꝯ. xiij. q. ij. ¶ Preterea notabis tex. in. d. c. sunt nōnulli in vers. nēo militans deo implicet se negocijs seculaibꝰ ⁊c. ¶ In quo adde ꝙ hoc hr̄ ꝑ paulum. ij. ad Thimo. ij. c. ¶ Ulterius signabis tex. i. c. sic viue in vers. multo tēpore disce que postmodum doceas. ⁊ inter bonos semp sectare meliores. ¶ Et ꝯcordat tex. in. c. fi. ꝯ. xxxvi. di. ¶ Preterea notabis tex. in. c. si clericatus i vers. discas quod possis docere ne sis miles anteq̄z tiro. ne prius magister sis q̄z discipulus. ⁊c. ¶ In quo adde ꝙ hoc hr̄ ad lrāz Ecclesiastici. xviij. c. ¶ Preterea notabis eundē text. in ver. qui liberalibus studijs eruditus in adolescentia iugū christi collo suo iposuit ⁊c. ⁊ loq̄tur de mōacho. ¶ In quo adde ꝙ hoc hr̄ ad lrām ꝑ paul. ij. ad Thimo. ij. ca. ¶ Ultimo notabis eundem tex. in fi. in ver. nō ipe te doceas ⁊ nō absq̄z doctore igrediaris viam quā nunq̄z ingressus es. ¶ Preterea notabis tex. in. c. vos āt in vers. si pturiēti nulli boni ministrar̄ vellēt quō nasceremini nō inuenīretis. ¶ Preterea notabis text. in. c. ꝑsbyteros in vers. satis incōgruum esi cum vnuz ex his pro sui magnitudine diligēter quis nō possit explere ad vtrūqz videat̄ ydoneus. ¶ Insup notabis tex. in. c. hinc est in vers. nō enim qꝺ vni sigillatim cōceditur statim oibus ꝯuenit. ¶ Preterea signab tex. in. d. c. decimas in vers. a populo decimas sacerdotibus ac leuitis esse reddendas diuine legis sanxit auctoritas ⁊c. ¶ In quo adde ꝙ hoc hr̄ originaliter Deutro. xiiij. c. ⁊ Exodi. xxvi. ¶ Demū notabis tex. in. d. c. frater noster in ver. ad apostolicā sedē si est ardua deducat̄ quatenus nostre audientie snīa decidatur. ¶ Insup notabis tex. in. d. c. in sacris in ver. motis oibus diuine legis ꝯstat esse contrariū ⁊c. ⁊ loquitur de solutione decimarū.

¶ In q̄ dicas ꝙ hoc hr̄ in.d.c.xiiij.Deutro.
ꝛ.xxij.Exodi. ¶ Ulterius notabis tex.in.c.
canonibus in versic ferro abscindenda sunt
vulnera que fomenta non sentiūt. ¶ Ultio
signabis eūdem tex.circa fi.in ver.aufferte
malū ex vobis ꝛc. ¶ In quo adde ꝙ hoc hr̄
originaliter Deutro.xxiij.ꝛ ēt.xv.c.Et Nu
meri.xvi.c. ¶ Preterea notabis tex.in.c.si
militer in ver.qui moribus proprijs ac nulla
ꝛscientie castigatiōe corrigunt saltem eccle
siastice ꝛ canonice vindicte pfodiantur acu
leis ꝛc. ¶ Cū quo ꝯcordat tex.in.c.pleriqꝫ i
fra de ꝯsecratio.distintio.iiij.ꝛ in.c.vt cleri
corum. extra de vita ꝛ honestate clerico.ꝛ i
e.in canonib⁹.ē.ca.q.ꝛ in.l.vna.C.de emē
dat.ppinquo. ¶ Insup notabis tex. in.d.c.
reuertimini i prin.in.vˢ.reuertimini ad me
ꝛ ego reuertar ad vos ꝛc. ¶ In quo dicas
ꝙ hoc hr̄ originaliter Malachie vltimo .c.
¶ Preterea notabis eundē tex .in vers.icre
pabo pro vobis deuorantes locustas ꝛ non
corrūpent fruct⁹ terre vr̄e ꝛc. ¶ In q̄ adde
ꝙ h⁹ hr̄ originalr̄ Malach.d.c.vltio. ¶ Ul
tio notabis eundē tex.in vers.si qs doctus ꝛ
eruditus lege dn̄i pōt alios erudire non dz
sue assignare prudentie ingenioqꝫ qd possi
det.sed gratias agat primū deo q cuncta lar
gitur.demū eius ministris a qbus doctus ē
¶ Si enim nō egerit gratias sed sciam sibi
vendicauerit in penuria maledicet. ꝙ si itel
liges largitore deum ꝛ agens his gratias p
quos a deo eruditus est humiliauerit se stati
aperientur super eum catharacte celi.ꝛ effū
detur pluuia spūalis ꝛ mādabit nubib⁹ suis
vt pluant sup eū ymbrem ꝛ habūdantia rez
oīuz ꝓfructur ꝛc. quē textū ppetuo tene me
ti. ¶ Preterea notabis tex.in.c.decime i ꝟ.
bene facere deus semper paratus ē. sed ho
minū malitia ꝓhibetur. ¶ Ultimo notabis
tex.in.d.c.qm̄ in vers.in paupibus non tan
tū paupratem q̄ꝫ religionez attendere. ¶ Et
ibidem statim. Clericos āt illos conuenit ee
elesie stipedijs sustentari qbus parentū ꝛ p
pinquorꝫ nulla suffragantur stipēdia ꝛc.Et
hec sūt que i textu merito notari potuerūt.
¶ Nūc caplo glosas relatu dignas. ꝛ p̊ glo
sume quā diuido tibi i quinqꝫ ptes. ¶ Prio
format hanc qōem decidēdo ea prout supra
dixi in principio.Secūdo ponit vtrū hoc offi
cium celebradi ꝛ baptizādi possit cōmitti ab
epo vel ab abbate ipo iure.an vero ex dispē
satiōe. ¶ Et breuiter ꝯcludit ꝙ suadente vti
litate pnt hoc facere dispensando. ¶ Tercō
gl.limitat p̄dicta nisi monasteriuꝫ heat aliq̄ꝫ
ecclesiā pleno iure.qa tunc sufficit solus con
sensus abbatis. ¶ Quarto ponit qd de regu
laribus vtrū possint p̄poni ecclesiis. Et tꝫ ꝙ
sic.Quinto ponit vna differentiam inter mo
nachos ꝛ regulares p̄ponendos ecclesiis.s.
quo ad habendū socios secum.quia monaci
debent hr̄e secum socios ordinis sui.alij ve
ro nō si ꝯmode hr̄e nō possunt.per tex.in.c.
quod dei extra.de statu mōacho.ſa ibi.ſꝫ an
ipo iure.tercia ibi.vel si monasterium hꝫ ec
clesiam.quarta ibi.de regularibus nō est du
biū.quinta ibi.sed i hoc ē differentia. ¶ In
sup hēs glo.multum magistrā in.d.c.placuit
i verbo pniam.que ponit vtrum qs etiaꝫ sa
cerdos possit iniungere pnias nisi sit ꝯcessa
cura aiarum.Et ꝯcludit ꝙ non nisi i casibus
exceptis. ¶ Insup hēs glo.multuꝫ magistrā
in.d.c.de monacis i verbo discedere que di
cit ꝙ monach⁹ sit trāsit ad episcopatū ex to
to absoluit a iurisdictiōe abbatis . ¶ Et idē
dicit glo.si transfert ad ecclesiam seculareꝫ
q̄ nō subsit abbati secus si esset subiecta ab
bati. ¶ Insup notabis gl.i.d.c.placuit i ver
bo mortuus.que dixit ꝙ donatio causa mor
tis sicut firmatur morte naturali ita morte ci
uili ꝛ plus subdit ibi glo.ꝙ mors ciuilis equi
peratur naturali in casibus a iure expressis.
¶ Habes etiam glo.i.c.qui vere in verbo
subiectos.que dixit ꝙ heremite subsunt epi
scopis ꝛ habēt priuilegium clericoꝝ. ¶ Sed
qualem vitaꝫ habere debeāt dicit glo.se nō
reperisse. ¶ Preterea notabis glo.i dicto.c
quidaꝫ i verbo episcopo que dixit ꝙ episco
pus seu abbas potest iniungere aliquam le
gationē monacho. ¶ Preterea notabis gl.
in.c.de presentiuꝫ in verbo defensor que di
xit ꝙ monachus nō potest esse iudex vel ad
uocatus vel arbiter. sed abbas bene potest
sine licētia alicuius. ¶ Insuper notabis glo
sam multum magistraꝫ in dicto.c. modera
mine in verbo vendicet .que ponit quomo
do decime possunt vendicari. ¶ Et cōcludit
ꝙ condictione ex canone vel iudicis officio.
¶ Ulterius notabis glo.i dicto.c.vos auteꝫ
i verbo vestra que dixit ꝙ si clericus scit ali
quas operas illas tenetur prestare ecclesie.
expensis tamen ecclesie ꝛ nō ipius. ¶ Ha
bes etiam glo.in dicto.c.pres byteros i ver
bo abbatis multum magistralem.que ponit
vtrum monachus possit eligi ad prelaturas
seculares.Et concludit ꝙ non nisi sit peritus
in regula clericali. ¶ Et glo.in.c.hinc etiaꝫ
in verbo detrimētum. que dixit ꝙ abbates
electi in episcopos solent dispergere bona
ecclesie sue cum se recessuros sperant. ¶ Et
gl. in dicto.§.nouarum in verbo nouis que
ponit quomō clerici nō possunt collectari a
laycis.sed bene episcopus tempore necessi
tatis potest aliquid petere ab eis moderate
tamen. ¶ Preterea notabis glo.in.dicto.c.
ecclesie in verbo nouis. que ponit multum
magistraliter vtrum episcopus possit auffer

re de iure vnius ecclesie ⁊ dare alteri. Et cōcludit ꝙ non. quia hoc solum spectat ad papam. ¶ Habes insuper glo. multum magistram in .d.c. ⁊ temporis in verbo mitte que ponit latissime de vnione ecclesiarum ⁊ episcopatus. ⁊ quomodo vnus vel vna subsit alteri. ⁊ in quibus. ⁊ quomodo dignitates etiā seculares aliquando vniuntur per principes seculares. ¶ Preterea notabis glo in dicto c. statuimus ī verbo bannum que ponit quomodo capiatur bannū in lombardia. ¶ Preterea signabis glo. in .c. possessiones in verbo perpetuo que ponit quomodo capiatur verbum perpetuo. ⁊ quid in ecclesia que nūquā dicitur mori. ¶ Et dicit ꝙ itelligit vsq; ad centum ānos. ¶ Preterea notabis glo. ī dicto. c. reuertimini ī verbo expletus. que ponit quo tempore solui debēt decime. que dicit ꝙ reales tempore quo colliguntur fructus. personales vero ī fine anni. sed de questibus quottidianis singulis diebus. ¶ Preterea notabis glo. ibidem in verbo ī horrea que ponit vtrum rustici teneātur portare decimas ad ecclesias vsq; ad horrea. Et cōcludit ꝙ sic. Ulterius notabis glo. ibidez ī verbo a quibus. que dixit ꝙ discipuli debent referre gratias magistris non solum verbis sz etiam rebus. ¶ Postremo signabis glo. multum magistram in dicto. c. decime in verbo negociatio. que ponit vtrum decime debeāt solui a raptoribus ⁊ furibus. Et concludit ꝙ sic. Et idem dicit de salarijs doctorum ⁊ aduocatorum. ⁊ aliorum laborātiuz vt soluere debeāt decimas. iuxta illud honorabis deuz de tuis iustis laboribus ¶ Et ex his nūc habes expeditionem huius prime questionis. xvi. cause cum suis suppletionibus ⁊ additōnibus necessarijs.

¶ .xvi. q. ij.

d **E capellis** ¶ Hec est secūda questio hui⁹ decimesexte cause. In qua querit si contingat monachos habere capellas ex beneficio episcopali an sint instituēdi presbiteri ab eis. an vero ab episcopo ¶ In quo dicitur ꝙ si episcopus concessit cū certa forma illa est seruanda. Si vero dedit cum omni iure tūc habēt institutionem temporaliuz ⁊ spūalium. tex. est ī. c. visis litteris ea. q. ¶ In qua ponit etiaz aliud quomodo decime debite alteri ecclesie nō debēt vsurpari ab alia. tex. est ī. c. admonemus. ⁊ ī. c. p̄cipimus. ⁊ in. c. nullus. ⁊ in. c. nam qui ea. q. ¶ In qua subdit etiam aliud ꝙ abbates in ecclesijs prochialibus nō possunt ordinare presbyteros absq; cōsilio episcopi. tex. est ī c. sane. ⁊ ī. c. statuēdum ea. q. ¶ In qua quo ad tex. nō sunt multa relatu digna. nisi ꝙ notabis tex. ī. d. c. visis litteris in vers. instigatione versuti hostis nemo iter ambigat. habet enim mille nocēdi modos nec ignoram⁹ astutiam eius ⁊c. ⁊ loquit de dyabolo. ¶ Et ibidem statim. Humani moris est illum vereri cuius iudicio ⁊ voluntate qs nīc deprimit ⁊c. ¶ Et alia nō sunt ⁊c. ¶ Nūc capio gl. ⁊ primo gl. prima stime q̄ potest diuidi ī quattuor partes. ¶ Primo format hanc questionem. ¶ Secundo premittit vnum pro intelligentia huius questionis. ¶ Tercio decidit q̄stionem hāc prout supra dixi ī principio distiguendo etiam plenius q̄z supra dictuz fuerit ī principio. ⁊ faciendo duo mēbra. vtruz sint collata ab episcopo vel patrono beneficia. ¶ Quarto ⁊ vltimo limitat omnia predicta non procedere in monasterijs exemptis ⁊ ponit quale ius habeat patronus in ecclesia nōdum consecrata concludens ꝙ nō potest eā cōcedere alicui loco religioso nec potest aliquem ibi instituere cum locus nō sit religiosus. secūda ibi ꝙ vt melius pateat. tercia ibi que autem dicta sunt. quarta ibi ⁊ tamē que Johannes ⁊c. ¶ Insup notabis glo. ī dicto. c. visis litteris in verbo tradite que dicit ꝙ episcopus nunquam amittit omne ius episcopae vel iurisddictionem episcopalem eximendo ecclesiaz a sua potestate. ⁊ ponit exēplum etiam in patrono remittente patronatus ius liberto suo. nec hic sunt alia.

¶ . xvi. q. iij.

q **Uod autem** ¶ Hec ē. iij questio hui⁹ xvi. cause. In qua queritur vtrum omnia iura ecclesiaruz tollantur p̄scriptione. ¶ In quo arguitur multum serio se ad partes hincinde. ¶ Et tandem concluditur ꝙ ea que nullo titulo quis possidet. p̄scribere non potest. alias sic vel nisi simus in prescriptiōe triginta vel quadraginta annorum. text. est in. c. per singulas in. cap. presumum. c. sicut. ⁊ in. §. ecce. ⁊ in. ca. inter. ⁊ in. §. potest. ⁊ in. c. placuit. ⁊ in. ca. inter cetera eadem questione. ¶ In qua etiam subditur hoc esse veruz nisi tempore hostilitatis prescriptio fieret quia tunc non procedit tex. est in. c. prima actione ⁊ in capitulo porro eadē questione. ¶ In qua etiam additur quomodo prescriptiones sunt itroducte fauore possidentium ⁊ odio non petentium. tex. est in. c. prescriptionum ⁊ in. §. he prescriptiones eadem questione. ¶ In qua vltimo loco allegantur aliqua iura ciuilia loquentia de prescriptiōibus vt est text. in autent. quas actiones. ⁊ ī. l. iubemus eadem questione. ¶ In qua etiaz vltimo loco dicitur ꝙ priuilegia ecclesie romane non possunt prescribi nisi spa

tio centum annorum tex. est in. c. nemo quod est capm. fi. eadem questione. ¶ Et hec sint substantialiter que per magistruȝ Gratianū hic tractantur ¶ Ex hac igitur questiōe more solito notabis aliqua relatu digna. ¶ Et primo tex. in. c. si sacerdotes in fi. in versiculo status contractuum non sumpsit initiū ab origine equitatis. ¶ Insuper notabis tex. ī d. c. porro in versiculo filios israel de durissima servitute pharaonis. ⁊ fornace ferrea liberavit ⁊c. ¶ In quo tu adde ꝙ hoc habetur ad litteram Exodi. xiij. c. ¶ Demum etiam notabis eundem tex. in fine i versiculo Redemptor noster qui humanuȝ genus post annorum milia de inferni claustris eripuit ⁊c. ¶ In quo tu adde ꝙ hoc ad litteram habetur Mathei. xvij. c. ⁊ etiaȝ Johannis. xviij. ¶ Ultimo notabis tex. in. d. c. fi. i versiculo leges divinitus per ora principum promulgate ⁊c. ¶ Et hec sint q̄ dici pn̄t quo ad tex. ¶ Nūc capio glosas notabiles. ⁊ primo gl. summe que potest diuidi in nouem partes. ¶ Primo format hāc questiōeȝ simpliciter. ¶ Secundo premittit duo pro intelligentia eiusdem videlicet usucapioneȝ ⁊ prescriptionem. ¶ Tercio declarat quid sit usucapio. ⁊ quot requirantur in ea. concludens ꝙ quinqȝ requiruntur. s. bona fides iustus titulus. continua possessio ⁊ ꝙ res sit mobilis. ⁊ non viciosa. ¶ Quarto ponit quid sit prescriptō enumerans plures species prescriptionū. s. x. xx. xxx. ⁊ xl. annorū. ¶ Quinto ponit vtrū in prescriptionibus triginta vel quadraginta annorum requiratur bona fides. ⁊ dicit ꝙ non secundum leges. sed bene requiritur secundum canones. ꝑ tex. in. c. vigilanti extra de prescrip. ¶ Sexto ponit que prescriptio habeat locum contra ecclesiam. Et dicit ꝙ q̄dragenaria tantum ⁊ non alie. ¶ Septimo ponit vtrum in prescriptione requiratur titulus. ⁊ dicit ꝙ sic per tex. ī. c. diligenti de p̄script. ¶ Octauo ponit quomodo interrumpatur prescriptio. ⁊ dicit ꝙ īterrumpitur ciuiliter ⁊ naturaliter. ¶ Nono ⁊ vltimo ponit vtrum dominium queratur per p̄scriptionem. ¶ In quo relatis opinionibus concludit ꝙ sic per tex. ī. c. inter infra ea. Fa ibi ad euidentiam. tercia ibi usucapio est. quarta ibi sequitur de p̄scriptione. quinta ibi iteȝ secundum canones. sexta ibi nec etiam. septima, ibi item secundum. octaua ibi interrumpitur autem. nona ⁊ vltima ibi est autem effectus ⁊c. ¶ Insuper habes glo. multuȝ magistram in dicto. c. quicunqȝ in verbo prouinciam. que ponit quomodo iura parrochialia ⁊ iura episcopalia prescribi possint. ⁊ multū copiose loquuta est. ¶ Ulterius signabis glo. in. c. clerici que ponit plures personas ꝓhibitas p̄scribere. ⁊ plureo res etiam que prescribi non possunt prout in ea multum magistraliter loquente. ¶ Preterea notabis glo in. d. c. prima ī verbo postliminio que ponit multos casus in quibus non currit prescriptio vtputa ſm glo. cum vacat ecclesia vel cōtra pupillum. vel contra dotem cōstante matrimonio. item tempore excōmunicationis. ¶ Preterea notabis glo. in. d. c. prescriptionum in verbo interrupta que ponit multum copiose quomodo interrumpitur prescriptō ⁊ in quibus casibus. ¶ Et cōcludit inter alia ꝙ per libelli oblationem. ⁊ ꝑ litis contestationem. item ꝑ solutionem.

¶ .xvi. q. iiij.

O Stensum ¶ Hec est quarta questio huius decimesexte cause principalis. In qua queritur vtrum monasterium possit prescribere aduersus ecclesiaȝ. ¶ In quo arguendo ad partes hincinde tandem concluditur ꝙ sic per quadraginta annos. ⁊ non aliter. tex. est in. c. possessiones. ⁊ ī. c. volumus. ⁊ in. c. neqȝ quod est. c. fi. eadem questione. ¶ In qua quo ad tex. nihil habes. ⁊ glo. summe etiam non multum facit. ¶ Et dicit ꝙ hec questio patet per iam dicta in p̄cedenti questione. ⁊ decidit eaȝ prout supra dixi in principio referendo tamē ius antiquuȝ circa hoc. ¶ Insuper habes glosam in dicto. c. volumus in verbo monstrauerunt i materia prescriptionis multum notabilem que concludit ꝙ in prescriptione sufficit probare quem possedisse ab inicio ⁊ in fine. ⁊ quādo qȝ i medio. ¶ Nec hic sūt alia notatu dig.

¶ .xvi. q. v.

T Ales ¶ Hec est quīta questio huius decimesexte cause Qua queritur vtrū quis possit vēdicare iure territorij capellaȝ edificatam in suo. ¶ In quo dicendū est ꝙ nō. ſȝ iudicio interueniente sic. non autem propria auctoritate tex. est in. c. si quis ⁊ in. c. possessio ⁊ in. c. lator. quod est. c. fi. eadem questione. ¶ In qua in tex. ⁊ etiam in glosis paruȝ habetur maxime in glo. summe. que potest diuidi in duas partes. ¶ Primo decidit hāc questionem prout supra dixi in prin. ¶ Secundo decidit questionem sequentem positā infra statiȝ ꝓut ibi etiam dicemus. Fa ibi secūdus ē. ¶ Nec hic hēs alia notatu digna.

¶ .xvi. q. vi.

Q Uod autem ¶ Hec est sexta questio hus decimesexte cāe pricipal. Qua queritur vtrū si qs ꝓpria auctoritate q̄

sibi deberi putat vsurpat cadat a iure suo. ¶ In quo dicitur ꝙ sic in propria causa non autem in causa ecclesie sue. tex. est in. c. placuit. ⁊ in. c. consuetudo. ⁊ in. c. si episcopum. ⁊ in. c. cognouimus. ⁊ in. c. de lapsis. ⁊ in. c. si fortassis. ⁊ in. c. episcopo. ⁊ in. c. illud quod ē c. si. ea. q. ¶ In qua notabis tex. in dicto. c. si episcopum in vers. delictum persone in dānum ecclesie non est conuertendum ⁊c. Nec in tex. habes alia. ¶ Capio nunc glosas. ⁊ ꝑ glo. summe quam diuido tibi in duas partes ¶ Primo decidit hanc questionem prout supra dixi in principio. ¶ Secūdo ponit vtruꝫ violentia tutoris noceat pupillo. ⁊ tenet ꝙ non. per tex^m. in. l. meminerint. C. vnde vi. ¶ Et alia nō habes hic que notatu digna esse videantur tam in tex. quam in glosis.

¶. xvi. q. vij.

q **Uod autem** ¶ Hec est septima ⁊ vltima questio hui⁹ decimesexte cause principalis. Qua queritur vtruꝫ abbas possit retinere ecclesiā quam accepit de manu layci interueniente postea consensu episcopi. ¶ In qua dicitur ꝙ sic. tex. est ī c. omnes. ⁊ in. c. nullus. ⁊ in. c. si quis el. i. el. ij. el. iij. cum multis sequentibus ea. q. ¶ In qua etiam vlterius dicitur ꝙ non debet de manu laycorum sumi ecclesia imo sumentes cōmunione priuantur. bene verum est ꝙ si fundatores presentat aliquem debēt admitti qui fundatores casu quo ad inopiam vergant debent capere suffragia ab ecclesiis ꝑ eos edificatis. tex. est in. §. si vero fundatores ⁊ in. c. quicunqꝫ ea. qōne. ¶ In qua habetur aliud ꝙ decime ⁊ ecclesie non possunt aliquo modo detineri a laycis. tex. est i. c. decimas. ⁊ in. c. congregato. ⁊ in. c. peruenit. ⁊ in. c. quicunqꝫ. ⁊ in. c. omnes. ⁊ in. c. decimas el ho el. ij. ⁊ in. c. maiores. ⁊ in. c. ⁊ hec diximus. ⁊ in. §. cuꝫ ergo ea. q. ¶ Ex qua modo habes colligere aliqua relatu digna. ¶ Et ꝑ ex tex. in. d. c. omnes el primo in vers. semel secundo ⁊ tercio. secunduꝫ domini preceptū admoneat ⁊c. ¶ In quo tu adde ꝙ hoc habetur originaliter Malachie. iij^o. c. ⁊ etiam Deutrono. xiij. ¶ Ulterius notabis tex. ī. d c. decimas el secundo in vers. deo ⁊ sacerdotibus dei dandas decimas Abraham factis Jacob permissis insinuat ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur ad litteram Genesis. x iiij. ⁊ xviij. cap. ¶ Ulterius notabis tex. ī dicto. c. ⁊ hec diximus in vers domus mea domus orationis vocabitur ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur originaliter isaye. lvi. c ⁊ etiam Mathei. xxij. ⁊ Luce. xix. ca. ¶ Insuper notabis eundem tex. in vers. templuꝫ dei estimabitur. ꝙ in lapidibus insensatis erat instructum. ¶ Primo quidem a salomone. deinde reparatum ab esdra postea vero post Christi aduentum a romanis destructū ⁊c. de cuius templi instructione ⁊ reparatione ⁊ destructione habetur originaliter Geñ. xvij. c. ⁊ ij. Paralipomenon. ij. c. ⁊ primo esdre. x. c. ⁊ iiij. Regum. xxiiij. ⁊ xxv. ⁊ etiam ieremie. vi. c. ¶ Preterea notabis eundem tex. in vers. cum vidisset iherusalem fleuit super illam ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur ad litteram Luce. xix. c. ¶ Ultimo notabis eundem tex. in versic⁹. principes populi mei non me cognouerunt ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur ad litteram Jeremie. iiij. capitulo. ¶ Demum notabis text. in. c. si quis deinceps in versic. tam inobedientie ꝙ ambitionis ex qua scelus ydolatrie cepit ⁊c̄ ¶ In quo dicas tu ꝙ hoc habetur originaliter primo Regum. xv. c. ¶ Et etiam concordat tex. in. c. si qui presbyteri supra. lxxxi. distinctione. ⁊ text. in. §. sciendum in si. supra viij. qōne. i. ¶ Insuper signabis tex. in. c. sicut ibi vestimentum domini scissum non est sed de eo sortiti sūt ⁊c. ¶ In quo tu adde ꝙ hoc ad litteram habetur iohā. xv. c. ⁊ etiam Luce. xxiij. ¶ Ulterius notabis etiam tex. i c. in noua in vers. indecorum est laycum vicariuꝫ episcopi esse ⁊ viros ecclesiasticos iudicare. in vno enīꝫ eodemqꝫ officio non debet esse dispar professio dicente Moyse nō arabis in boue simul ⁊ asino. ¶ Demum notabis eundem tex. in vers. coniugi non possunt quibus studia ⁊ vota sunt diuersa. ⁊ hec sūt quo ad tex. ¶ Nunc capio glosas ⁊ primo glo. summe que potest diuidi ī duas partes. ¶ Primo decidit hanc questionem prout supra dixi in principio. ¶ Secundo ostendit ordinem gratiani in hac questione. secunda ibi ⁊ extendit magister eam ⁊c. ¶ Insuper habes glo. in dicto. c. ⁊ hec diximus in verbo speculationis que dixit ꝙ dirupta ecclesia nihilominus remanet locus priuilegiatus nisi auctoritate superioris destruatur.

¶ Et glo. in dicto. c. in noua in verbo habitu. que ponit vtrum monachus albus possit esse monachus inter nigros. ¶ Et concludit ꝙ sic. ⁊ potest etiam effici canonicus ⁊ episcopus s̄m glo. sed retēto habitu desuper se iat habitum in quo magis conueniat. ¶ Insuper notabis glo. multum magistram in. c. pie mentis i materia iurispatronatus quot modis quis efficiatur patronus ⁊ quomodo ⁊ dicit ꝙ dotatione. constructione. ⁊ fundatione. ⁊ ad quid teneatur patronus. ⁊ quomodo ius patronatus transferatur. ⁊ in quos transeat. ¶ Concludens ꝙ ius patronatus non descendit ad heredes pro portionibus hereditatis. sed quilibet eoruꝫ ē patronus i

solidum. ¶ Preterea notabis glo. in .c. frigentius in verbo christianis que dixit ꝙ licꝫ iudeus fundaret ecclesiaꝫ nõ efficitur pron⁹ ¶ Preterea notabis glo. in dicto .c. quicunqꝫ in verbo aliquid. que dixit ꝙ ex qualibet dotatione facta ecclesie nõ efficitur quis patronus nisi tantum tribuat quod sufficiat ad necessaria ministrorum ⁊ etiaꝫ ad luminaria ¶ Preterea notabis glo. in .c. filijs i verbo propinquis. q̃ dixit ꝙ solus papa potest priuare quem iurepatronatus non auteꝫ iudex aliquis laycus nisi cum vniuersitate bonorũ ¶ Ulterius etiaꝫ notabis glo. in .c. si plures in verbo auferri que ponit quid debeat facere epũs quando patroni sunt discordes in presentatione alicuius ⁊ etiam in iure patronatus. ¶ Concludens post multa ꝙ vbicumqꝫ aliter facere non potest claudat ecclesiaꝫ ¶ Ex quibus omnibus habes nũc expeditã hanc decimãsextam causam principalem cũ septem questionibus in ea formatis. cuiꝫ his etiam que taꝫ in textũ q̃ꝫ in glosis merito an notari potuerunt. ⁊ cũ suppletõibus ad predicta necessarijs ⁊ oportunis.

¶ Decimaseptima causa.

t **Hema decie** septime cause principalis ex quo quattuor eliciuntur questiones. ¶ Quidam presbiter infirmitate grauatus se velle fieri monachuꝫ dixit. ¶ Ecclesiam ⁊ beneficiuꝫ in manu aduocati renunciauit. ¶ Postq̃ꝫ conualuit mox se futuruꝫ monachum negauit ecclesiam ⁊ beneficiuꝫ reposcit. ¶ Ex quo themate de quattuor dubitatur vt infra gradatiꝫ declarabitur.

¶ .xvij. q. i.

q **Uod a voto** ¶ Hec est prima questio hui⁹ decimeseptime cause. In qua queritur vtrum liceat discedere a voto facto. ¶ In quo dicitur ꝙ nõ. tex. est in .c. sunt quedam. ⁊ in .c. voventibus. ⁊ i. c. ananias. ⁊ in .c. q bona ea. q̃ne. ¶ Tamen hoc est verum quando est deductum in obligatione secus si corde conceptum tantum sit ore simpliciter pronunciatum. text. est in .§. quis ergo. ⁊ in .c. consaldus quod est .c. si. eadem. q ¶ In qua quo ad litteram aliud nõ habes. ¶ Unde notabis glo. summe quã diuido tibi i quattuor partes. ¶ Primo format hanc questionẽ i terminis. ¶ Secundo enumerat duas species voti. s. votum corde conceptum. ⁊ votum cum obligatione susceptũ ¶ Tercio ponit vtrum quis obliget vtroqꝫ voto. de quo supra ⁊ breuiter dicit ꝙ sic quo ad deum. si loquimur in prima specie. sꝫ i sa specie oĩo obligatur. ¶ Quarto ponit triplicem diuisionẽ circa predicta. s. ꝙ vna ẽ obla'cio que appellatur deliberatio. alia est que appellatur votum. alia vero que appellatur voluntas. ¶ Et primo casu recedens nõ peccat mortaliter secundo vero non liceat recedere sine peccato mortali. ¶ A tercio vero recedens peccat venialiter tantum. licet aliqui velint ꝙ peccet mortaliter. secũda ibi ⁊ in hac questione. tercia ibi sed tamen. quarta ibi potest tamẽ melius distingui ⁊c. ¶ Insuper notabis glo. in dicto .c. sunt quedam i verbo cõstringimur que ponit aliquas personas prohibitas vouere scilicet coniuges ⁊ monachos ⁊ filios impuberes ⁊ seruos concludens ꝙ predicti nõ possunt vouere. ⁊ maxime filius impubes. ¶ Nec hic sunt alia q̃ ad tex. vel glosas.

¶ .xvij. q. ij.

r **Ed beneficiũ** ¶ Hec est secunda q̃stio huius decimeseptie cause. In qua queritur vtrum beneficium ⁊ ecclesia sint reddenda ei qui prius libera voluntate ea refutauit. ¶ In quo dicitur ꝙ nõ si renunciasset i manibus sui prelati. ⁊ eo tẽpore erat compos mentis. tex. est i .c. tercio extra de succes. ab inte. ⁊ probatur etiaꝫ hic in .c. nos nouimus. ⁊ in .c. si quis quod est .c. si. ea. q̃ne. In qua quo ad tex. alia non habes pro nunc relatu digna. ¶ Capio glo. summe. que diuidi potest in quattuor partes. ¶ Primo ponit vtrum renũciatio illicita teneat. ¶ Et concludit ꝙ non per text. in .l. fi. C. de decur. ciuit. ¶ Secundo decidit hanc questionem prout supra dixi in prin. ¶ Tercio ponit cui incumbat onus probandi sanaꝫ mentem fuisse tempore renunciationis in renunciante. ¶ Et concludit ꝙ ei qui dicit. tex est in .l. ei qui. ff. de probationibus. ¶ Quarto ponit vtrum sufficiat probare queꝫ renũciasse an etiam hoc sponte fecisse. ⁊ ꝯcludit vtrunqꝫ probandum fore. secũda ibi si renũciasset. tercia ibi sed cui incumbit. quarta ibi sed an sufficiat probare. ¶ Insuper notabis glo. in dicto .c. nos nouimus in verbo nauigasti. idest vxorem duxisti ⁊c. ¶ Que glo. dicit ꝙ sicut nauigans subijcit se varijs periculis nec proprio motu regitur. sic ⁊ habens vxorem. quod bene nota tu qui habes vxorem. ⁊ maxime vt aliquando idest sepe accidit que est dyabolus. sapienti pauca.

¶ .xvij. q. iij.

q **Uod autem** ¶ Hec ẽ tercia q̃stio huius decimeseptime cause principalis. Qua queritur vtruꝫ si quis tradidit se ⁊ sua monasterio possit nunc recedere. ⁊ ad propria redire cum licentia abbatis. ¶ In quo dicit ꝙ nõ. tex. est in .d. §. quod

autem ca.q.nec alia iura sunt hic nec etiam alie glose summe aliquid habent idcirco insistendū non est vt curramus vbi currendū ē.

¶.xvij.q.iiij.

s **Si autem** ¶ Hec est quarta et vltia questio huius decime septime cause principalis. qua queritur vtrum si monachus discesserit de monasterio absq; licētia abbatis sint sibi restituenda bona sua. ¶ In quo dicitur q non. ex quo iā facta sunt monasterij et ecclesie, que bona modo alienari non possunt.tex.est in.c.quicunq;. et in.c.nulla ratio et in.c.sunt qui opes. et in.c.sacrilegium et in c.omnes cuz aliquibus capitulis sequētibus ea.qōe. In qua imponitur etiam pēa talibus alienātibus dicta bona vt videlz iudicentur sacrilegi.text.est in.d.c.sacrilegiuz et in.d.c. omnes. et in.c.frater. et in.c.ad epos. et in.c. sicut cum multis capitulis sequētibus ea.q̄stiōe. ¶ In qua ponitur postmodum de duplici pena sacrilegij.tex. est in.c.quisquis. et in.c.si quis, et i.c.hi qui cum pluribus etiam sequentibus ea.qōe. ¶ In qua pōitur etiaz qua pēa puniātur occidentes vel vulnerātes clericum vel sacerdotem de quibus text.est in c.qui subdyaconum i.c.qui occiderit.in.c.si quis suadēte qui.text. multum allegabilis ē et vulgatus ea.questiōe. ¶ In qua pōitur ēt quomodo cōfugiētes ad ecclesiaz securi sūt. tex.est i.c.diffiniuit. et i.c.id cōstituim⁹ eadē questiōe. ¶ In qua dr̄ postea q serui causa religiōis possunt cōtemnere dominos suos. text.est in.§.occasione.et in.c.si quis seruuz. el primo et el secūdo ea.qōe, ¶ In qua pōitur etiam q nō possunt res ecclesie distrahi per abbatem sine licentia epi.tex.est i.c.nullus.et i.c.i venditōibus.et i.c.questi sūt ea.q ¶ Ex qua nūc iuxta morez habes colligere aliqua relatu digna. ¶ Et primo ex textu in d.c.sunt qui opes in vers.hoc soluz timeō oz ne ipsius pnis agant pniam. ¶ Et tex.in.d. c.omēs in fi.in ver.par enim pena et agētes et consentientes cōprehendit rc. ¶ Insuper notabis tex.in.c.miror in versi.nabuchodonosor qui causa supbie in bouem est cōmutatus rc. ¶ In quo addō tu q hoc habet Danielis.iiij.ca°. ¶ Preterea notabis tex.i.c.sicut qui.in vers.sicut maius peccatum est quod i deo cōmittitur q̄z qd in homine.sic grauius ē sacrilegiuz q̄z fornicari. ¶ Insuper notabis tex.in.c.de presbyterorum in ver.fraterno amore cōueniant secundo ac tercio qui si requisiti te non audierint rc. ¶ In quo tu adde q hoc ad litteram habetur Mathei.xviij c. ¶ E concordat etiā tex.in.c. si peccauerit supra.ij.q.i. ¶ Insup notabis tex. in.d.c.in venditionibus in vers.iniustuz esse putam⁹

q **Uod autem** ¶ Hec ē prima qō huius xxix. cause principalis. In qua queritur verū sit ꝯiugium inter errantes ꝛ ignorantes ꝯditionē alterius. ¶ In q̄ dicit ꝙ nō. quia error est cōtrarius ꝯsensui tex. ē i. §. his ita ea. q. ¶ In qua nō habeo alia iura hoc probantia ¶ Et idem probat in. l. ij. ff. de iudi. ¶ Tamē ex dicto. §. quod nō habes colligere aliqua. ¶ Et primo i versic. ꝯsensus est duoꝝ vel pluriuꝫ sensus i idē ¶ Demū notabis tex. in. d. §. his ita respondetur in versiculo. iacob non consenserat in Lyam sed in Rachel septem quidem annis pro Rachel seruierat ꝛc. ¶ In quo dicas ꝙ hoc hr̄ originaliter Genes. xvij. c. vbi dixerat ꝙ seruierat Laban patri dictarū feminarum. Nec i tex. habes alia. ¶ Nunc capio glosas relatu dignas. ꝛ primo glo. sūme quā diuido tibi i tres partes. ¶ Primo format hanc qōem. ¶ Secundo ponit quo ordine ꝑcedat Gratianus hic. ꝛ ponit quattuor spēs erroris. s. fortune qualitatis persone. ꝛ condicionis. ꝛ primi duo nō dirimunt matrimoniū alij vero sic lꝫ in hoc fuerint diuerse opiniones prout refert gl. ¶ Tercio ꝛ vltimo glo. decidit hanc qōem prout supra dixi in principio. secūda ibi Gratianus allegat. tercia ibi sed hoc nō credo. ꝛ hic nō sunt alia.

¶ .xxix.q.ii.

s **Ecunda que**stio ¶ Hec est secunda ꝛ vltīma questio huiꝰ vigesimenone cause. In qua queritur vtrum liceat mulieri dimittere euꝫ maritum quem putabat liberꝫ ꝛ postea reperit seruū. ¶ In quo ꝯcluditur ꝙ licet matrimonia possint cōtrahi cum seruis. vt in. c. i omnibus ꝛ in. c. si quis el primo ꝛ el secūdo tamen si ignorauit quis ꝯditionem esse vilē pōt ab eo discederē tex. ē in. §. his ita. ꝛ in. c. si quis el terzo. ꝛ in c. si femina. ꝛ in. § cum dicit. ꝛ in. c. prolatū ea. q. ¶ Ex qua habes mō aliqua colligere ¶ Et primo ex. d. §. secūda in ver. in christo eniꝫ Jhesu nec iudeus nec grecus distinguit nec seruꝰ nec liber ꝛc. ¶ In quo adde ꝙ hō habetur ꝑ pauluꝫ ad Galatas. iij. c. Insuper notabis eundē. tex. in vers. qui volunt nubere nubant in dn̄o ꝛc. ¶ In quo adde ꝙ hoc hr̄ per paulum prima ad Corin. vij. c. ¶ Ulterius notabis tex. i. d. c. omnibus i vers. nobis omnibus vnus pater est in celis. ꝛ vnusquisqꝫ diues ꝛ pauper ꝛ seruus ꝛ liber equaliter pro se ꝛ pro animabus eorum rationē reddituri sunt ꝛc. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur Math. vi. c. ¶ Et cōcordat tex. i. d. c. si femina isra eā. ¶ Ultimo notabis text. in. c. dictum quod est. c. fi. in versi. quos deꝰ cōiunxit homo non separet ꝛc. ¶ In quo dicas ꝙ hoc habetur Mathei. xix. ꝛ Marci. x nec in tex. habeo alia. ¶ Capio glosas relatu dignas. ꝛ primo glo. sūme q̄ꝫ diuido tibi i tres partes. ¶ Primo decidit hanc qōnem prout supra dixi. ¶ Secundo ponit quid ecōtra si libera volebat cōtrahere cum seruo ꝛ in veritate erat liber an possit recedere a tali matrimonio ꝛ quid si seruus credit contrahere cum libera ꝛ contraxit cum ancilla. Et breuiter cōcludit ꝙ vbicunqꝫ errat in condictione non admittitur matrimoniuꝫ. ¶ Tercio ponit quid si libera cōtraxit matrimonīu per errorem cum ascriptitio an sit matrimonium. Et cōcludit ꝙ sic reprobata opinione Ugolini qui tenebat contrariuꝫ ꝛ non bene. secunda ibi ꝛ notandū. tercia ibi dubitari ꝛc ꝛc. ¶ Insuper notabis glo in. d. c. prolatuꝫ que ponit de venditiōe hominis liberi ignoranter. ꝛ quid si patiatur se venundari ad ꝓcium participanduꝫ. ¶ Ex quibus omnibus nunc habes decisioneꝫ huius. xxix. cause cū duabus questionibus in ea formatis ꝛ decisis cum his que tam in textu q̄ꝫ in glosis merito annotari potuerunt. Cum additionibus ꝛ suppletionibus necessarijs ꝛ oportunis.

¶ Trigesima causa.

t **Hema trigesi**me cause. Ex qꝰ eliciuntur quinqꝫ dubitatōnes vt infra videbitur. ¶ Quidā populoꝝ frequentia impeditus suum filium de baptismate suscepit dum crederet se alienum suscipere ¶ Uxor eius dum callide vellet suscipere proprium suscepit alienuꝫ. queꝫ vir adoptauit sibi in filiuꝫ ꝛ ex vxore sua sibi filia nascitur quā filio suo adoptiuo spirituali vxori dum vterqꝫ esset in cunabulis tradidit. Post trienniuꝫ vxor moritur. ꝛ cōpater eius relictam compatris vxoris sue vir clam sibi desponsauit. ¶ Aliquantulum temporis effluxit. ꝛ alius publice duxit eaꝫ vxorē. ¶ Ex quo themate insurgunt quinqꝫ questiones principales vt infra gradatim videbimus.

¶ .xxx.q.i.

q **Uod autem** ¶ Hec est prima questio huius trigesime cause principalis. ¶ Qua queritur vtrum liceat marito reddere debitum vxori sue quando ipse leuauit ꝓpriū filiū d sacro fonte. ¶ In q̄ arguēdo hincinde ad ptes ꝯcludit ꝙ nō ut tex. ē in. §. econtra. ꝛ in. c. nosce. ꝛ i. c. dictū. ꝛ i. c de eo. ꝛ i. c. de his. ꝛ i. c. ad limina. ꝛ i. §. his itaqꝫ qui est. §. fi. ead. q. ¶ Ex qua notabis aliqua. ¶ Et p̄io ex tex. in. d. c. nosce in versic. nolite fraudare inuicem nisi ex consensu

et vacetis expeditius orationi rc. ¶ In quo adde tu q hoc habetur per paulum prima ad Corinthios. vij. c. ¶ Demum notabis eundē tex. in fi. in versi. vxor sui corporis potestatē non habet. sed vir. Et vir potestatem sui corporis non hz sed mulier rc. ¶ In quo adde tu q hoc habetur per eundem Paulum prima ad Corinthios dicto. vij. c. ¶ Ultimo notabis tex. in dicto. c. ad limina i vers. domini vm iunctam dicēte esse vxorē viro rc. ¶ In quo adde tu q hoc habetur Genesis. ij. c. r puerbiorum. xviij. r Math. xviij. c. ¶ Nec i tex. habes alia. ¶ Nunc capio glosas. ¶ Et primo glo. sūme quaz diuido tibi i duas partes. ¶ Primo format hanc questionem r decidit eam prout. s. dixi in principio. ¶ Secūdo ponit aliqua iura que videntur facere i contrarium r tollit tribus solutionibus. secūda ibi capitulo ergo. ¶ Ulteriꝰ notabis gl. in. c. peruenit i verbo pabulo que ponit vtrū compaternitas contrahatur iter me r patrē suscepti de sacro fonte lz sit hereticus si aliquando fuit baptizatus. ¶ Nec hic habes alia in tex. vel in glosis.

¶. xxx. q. ij.

s **Ponsalia** ¶ Hec est secūda questio huiꝰ trigesime cause principalis. Qua querit utruz sponsalia contrahi possint inter ifantes. ¶ In quo breuiter dicitur q non tex. est in dicto. §. sponsalia. r in c. vbi quod est. c. vnicum eadem questione. ¶ In qua quo ad tex. non hēs alia. nec quo ad glosas. ¶ Excepta gl. sūme que potest diuidi in tre partes. ¶ Primo format hanc q̄stionem r decidit eam prout supra dixi in principio. ¶ Secundo ponit que etas r que alia requirantur i vero matrimonio. r concludit q pubertas consensus r viri potentia requiruntur. ¶ Tercio ponit quid si impuberes contrahant matrimoniuz. an valeat postmodum in etate legittima. r concludit q sic. secunda ibi ad matrimonium autem. tercia ibi si tamen rc. ¶ Nec hic habes alia in text. vel glosis.

¶. xxx. q. iij.

q **Uod autem** ¶ Hec ē tercia q̄stio huius. xxx. cause principalis. In qua queritur vtruz spirituales vel adoptiui filij possint copulari naturalibꝰ. ¶ In quo dicitur q non tex. est in. c. ita. r in. c. pitaciū. r in. c. super quibus. r in. c. post susceptum. r i. c. p adoptionē ea. q. ¶ Ex qua hēs colligere aliq relatu digna. Et prio ex text. i. d. c. pitaciuz i vers. dns Moysi precepit dicens Turpitudinē patris tui vel matris tue vel sororis nō reuelabis rc. ¶ In quo adde tu q hoc habetur Leuitici. xviij. c. ¶ Nec i tex. vel glo. habes alia excepta glo. sūme q̄ multuz notabilis r magistra est. Et potest diuidi i octo ptes. ¶ Primo enumerat triplicē cognationem. s. legalē carnalem r spiritualē ¶ Secundo ponit quō cōtrahatur cognatio spiritualis. i quo remissime loquit. ¶ Tercio pōit vsqz ad quas personas impediat cognatio spiritualis ɔtrahere matrimoniū. r tenz q vsqz ad fratres. p tex. in. c. primo ifra ea. q. ¶ Quarto ponit quō ɔhatur cognatio legalis. Et concludit q ɔhitur p arrogationez. ¶ Quito ponit que dicat adoptio r que arrogatio r quid differant. Et dicit q adoptio est de eo qui in aliena potest. sed arrogatio est de eo q est i aliena potestate. ¶ Ité arrogatio non pōt fieri nisi corā pricipe. sed adoptio fit coram quocunqz magistratu. tex. est insti. de adopt. i prin. ¶ Sexto ponit vtruz filij naturales vel spūales possint iūgi cū adoptiuis. Et tz q naturales nō possunt sed spūales sic. ¶ Septimo ponit vtr iter filios adoptiuos possit esse matrimoniū. r qd iter ascendētes. ¶ Et tenet q primo casu finita adoptione possit ɔtrahi matrimoniuz. sed in secūdo casu nunquā siue duret siue finita sit adoptio. ¶ Octauo r vltimo ponit vtrum filius adoptiuꝰ vel arrogatus possit iungi cuz filia naturali. Et breuiter tenet q non. Sa ibi cognatio spiritualis. tercia ibi. r talis cognatio. quarta ibi legalis cognatio. quinta ibi dicimus aūt. sexta ibi filij aūt naturales. septia ibi. sz hoc scias. octaua ibi. item pōt dici rc. ¶ Nec hic sunt alia quo ad tex. vel glosas.

¶. xxx. q. iiij.

r **Elictam** ¶ Hec est quarta q̄ō huiꝰ. xxx. cause principalis. In qua querit vtrum liceat alicui ducere vxorē cōpatris vxoris sue. ¶ In quo dicas q sic si ɔpaternitas sequat copulā carnalem alias nō. Naz duas cōmatres alicui habere non lz. tex. est in. c. sciscitatur r in. c. si pater. r in. c. si quis. r in. c. qui spiritualē. r i. c. post vxoris ea. q. ¶ In qua quo ad tex. alia nō habes. r etiaz glose nō multum faciunt. r maxime glo. summe que potest diuidi in tres partes. ¶ Prio format questionem. ¶ Secundo decidit eaz secundum Gratianum cuius opinionē reprobat. ¶ Tercio ponit suā decisionem quā approbat. secunda ibi. gratianus hoc mō soluit. tercia ibi. dico referre. ¶ Et hic nō sunt alia

¶. xxx. q. v.

q **Uod autem** ¶ Hec ē quīta r vltima questio huius. xxx. cause principalis. In qua queritur vtruz clandestina desponsatio pīudicet manifeste. ¶ In

quo dicitur ꝙ non. sed tamen si fiant tenent. tex. est in. c. aliter. ⁊ in. c. vnus. ⁊ in. c. nostrates. ⁊ in. c. qualis. ⁊ in. c. nullum. ⁊ in. §. his auctoritatibus ea. questione. ¶ Ex qua habes colligere aliqua. ¶ Et primo ex tex. in. d. c. qualis in vers. secundum legez virgo casta ⁊ desponsata i virginitate. ⁊ dotata legittime a parentibus tradita, sponso ⁊ a paranimphis accipienda ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur Leuitici. xviij. ⁊ Math. xix. ⁊ Marci. xi. capitulo. ¶ Ultimo notabis eundem tex. in vers. adultei i regnum dei nō possidebunt ⁊c. ¶ In quo tu adde ꝙ hoc habetur per paulum ad Galathas. v. c. ¶ Ultimo notabis tex. in. §. ex predictis qui est. §. si. in ver. in re dubia danda certa nō est sententia ⁊c. ¶ Cum quo concordat tex. in. §. his ita. d. ea. ⁊ in. c. habuisse. d. xxxiij. dist. ¶ Et hec quo ad tex. sufficiant. ¶ Capio nunc glo. Et primo glo. sūme q̄ potest diuidi in quattuor partes. ¶ Primo ponit vtrum clandestina desponsatio preiudicet manifeste. ⁊ tenet ꝙ non. ¶ Secundo ponit vtrum matrimonia clādestina teneant. ⁊ concludit ꝙ sic secundū tamen ea que dixi supra i principio. ¶ Tercio ponit que dicantur clandestina matrimonia. ⁊ breuiter concludit ꝙ ea que fiunt sine testibus ⁊ sine alijs solemnitatib⁹. ¶ Quarto ponit quare ista clandestinitas consideratur cuz solus consensus sufficiat in matrimonio ꝯtrahendo. ⁊ dicit ꝙ hoc ideo est ne vn⁹ postea mutaret propositum in dispendiuz alterius. secūda ibi sed hec questio facilis erat tercia ibi ⁊ sunt clandestina. quarta ibi sed cum huius solemnia. ¶ Insuper habes glosam multum magistram in. d. c. aliter in verbo contubernia. que ponit multum seriose. quando canon vel lex. presumat contra matrimonium ⁊ ex quibus. ¶ Ulterius habes aliam glo. multum notabilem in. c. nec illud in verbo vxor que ponit vtrum matrimoniū possit contrahi inter absentes. ⁊ concludit ꝙ sic dum tamen hoc agatur. ¶ Ulterius habes aliam glo. magistraz in. c. his ita in verbo ꝯfessione. que ponit cui magis credi debeat an stanti pro matrimonio. an cōtra matrimonium. ⁊ concludit ꝙ non semper creditur contra se in matrimonio. ¶ Ulterius notabis glosam in. c. indicante in verbo interrogandi. que ponit differentiam inter interrogationem partis ⁊ iudicis. nam pars iterrogans debz prius ponere aliquid ne videatur calumniose interrogare. secus est in iudice. ¶ Ultimo habes glo. ibidem in verbo illuminata que ponit quomodo ⁊ in quibus iudex possit supplere de iure ⁊ de facto cōcludens ꝙ in his que sunt facti non potest nisi sint facta in presentia sua. ¶ Ex quibus omnibus habes nunc expeditionem huius trigesime cause cum expeditione quinque questionum de quibus in ea. ¶ Cum his etiam que merito i tex. vel glosis notari potuerūt cum additionibus ⁊ suppletionibus nostris necessarijs ⁊ oportunis.

¶ Trigesimaprima causa.

t **Hema trigesi**me prime cause pricipalis. ¶ Ex quo tres oriūtur dubitationes. ¶ Uxorem cuiusdam alius constuprauit. ¶ Eo mortuo adulter adulteram sibi in vxorem accepit. ¶ Filiam ex ea susceptam cuidam in coniugem se daturum iurauit. ¶ Illa assensum non prebuit. ¶ Deinde pater alij eaz tradidit. ¶ A primo reposcitur. ¶ Nunc insurgunt tres questiones de quibus infra gradatiz videndum erit.

¶ .xxxi. q. i.

a **Dulterio** ¶ Hec ē prima questio huius trigesimeprime cause principalis. In qua queritur vtruz polluta p adulterium possit adduci in coniugez. ¶ In quo argumentando ad partes dr ꝙ sic preter ꝙ̄ in tribus casibus. tex. est in. c. nullus. ⁊ in. c. illud. ⁊ in. c. relatum cum multis alijs. c. sequentibus eadem questione. ¶ In qua subditur etiam ꝙ bine vel tres vel deinceps nuptie non sunt reprobate. text. est in. §. verum. ⁊ in. c. aperiant. ⁊ in. c. deus. ⁊ in. c. ꝙ si dormierit eadem questione. ¶ Ex qua modo habes colligere aliqua. ¶ Et primo ex tex. in. §. sed obijcitur in versiculo in veteri testamento multa permittebantur propter infirmitatem ⁊ce. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur secundo Regum. xi. capitulo. ¶ Ulterius notabis eundem tex. in versiculo permittebatur quibuslibet dare libellum repudij ne per odium funderetur sanguis innoxius ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur Deutrono. xxiiij. capitulo. ¶ Demum notabis eundem tex. in versiculo dominus permisit filijs israel offerre animalia sibi in sacrificium que in egypto consueuerant immolare demonibus ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc originaliter habetur Leuitici. iiij. capitulo. ⁊ Deutrono. xi. ⁊ Exodi. xx. ¶ Ulterius notabis tex. in hac ratione in vers. Moyses hoc permisit. ⁊ non percepit ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur Deutrono. xxiiij. capitulo ⁊ Mathei. xix. ¶ Ultimo notabis eundē tex. in versiculo malas voluntates hominuz ad plenum prohibere non possumus. ¶ Insuper notabis text. in. c. quomodo in versiculo Samaritana sextum maritū habere se di

cens arguit a domino q non sit vir eius zc. ¶ In quo dicas tu q hoc hr ad lrãm Johãnis.vi.c. ¶ Ulterius notabis eundem tex. i vers.bigami ad clerum eligi non possunt zc ¶ In quo adde tu q hoc habetur per Paulum ad Thitum primo.c.z prima ad Thimoteũ.iij.c. ¶ Preterea signabis tex.ĩ.c.deus in versiculo secundas nuptias.que in veteri testamento pmittunt licitas esse monstrauit zc. ¶ In quo tu adde q hoc habet Genesis viij.z.xviij.c.z per Paulum pria ad Corinthios.vij.c. ¶ Et hec sint q̃ quo ad tex.merito dici possunt. Nũc capio glosas cõmemoratione dignas. ¶ Et prio glo.summe que potest diuidi in quattuor partes ¶ Primo format hanc questionem prout supra dixi in principio. ¶ Secũdo ponit ordinẽ magistri Grauani ĩ hac questione. ¶ Tercio ponit distinctionẽ cardĩalis ĩ hoc quã reprobat ¶ Quarto z vltimo ponit vtrum ille qui dedit fidez mulieri viuẽte vxore d ea ducẽda nõ tamẽ eam cognouit possit eam ducere vxorẽ mortua vxore.z tenet q sic per tex.in.c.si.extra de eo qui duxit in vxorez q̃z polluit per adulterium.secunda ibi magister tamen allegat. tercia ibi cardinalis hic vult.quarta ibi hodie autem si quis zc. ¶ Insuper habes glo. ĩ dicto.c.illud.que dixit q si iuraui d cetero non cognoscere concubinam meaz si postea contraho secum matrimoniuz z cognosco nõ sum periurus. ¶ Nec hic habes alia cõmemoratione digna quo ad tex.vel glosas.

¶.xxxi.q.ij.

q **Uod autem** ¶ hec ẽ secunda questio huius trigesime prĩe cause prĩcipalis. ¶ In qua queritur vtrum filia nupta sit tradenda inuita alicui sine libera voluntate ipsius. ¶ In qua breuiter dicẽdum est q non.tex.est in.c.si verum z in.c. de neptis.z in.c.lottarius.z in.§.his auctoritatibus qui est.§.si.eadem questione. ¶ In qua habes tantũmodo notate tex.in dicto.c de neptis ĩ versiculo virgo si fuerit alicui inuita copulata contra domini apostoliqz preceptum aut reatum ocsidij aut crimen fornicationis incurrat zc. ¶ In quo adde tu q d precepto domini habetur Mathei.xviiij.c. ¶ De precepto vero apostoli Pauli habetur per eum prima ad Corinthios.vij. capiº ¶ Nec in tex.sunt alia.in text. vel in glosis que nihil aut parum habent. ¶ Excepta gl. summe. que diuidi potest in tres partes. ¶ Primo decidit hanc questionem prout supra dixi in principio. ¶ Secundo ponit vtrũ desponsans mulierem possit compelli ducere eaz z tenet q sic per.cm. ex litteris extra de sponsalibus. ¶ Tercio limitat hoc vltimum non procedere quando quis vellet intrare religionem.per tex.i.c.ex publico extra de conuersa.coniugato. secunda ibi sint autem. tercia ibi in casu tamen. ¶ Nec hic sunt alia que merito notari possint. quo ad tex.vel glosas.

¶.xxxi.q.iij.

q **Uod autem** ¶ hec ẽ tercia z vltima questio huius trigesime prime cause principalis. ¶ In qua queritur vtrum filia possit nubere alteri post promissionem paternam. ¶ In quo dicendum ẽ q non.nec econtra licet parentibus frangere sponsalia filiorum suorum.tex.est in.c.si qui quod est capitulum vnicum:z in.§. ecce eadem questione. ¶ In qua quo ad text. vel glosas alia non habes preter glo.summe. q̃ potest diuidi in tres partes. ¶ Primo format hanc questionem in terminis. ¶ Secũdo ponit quid si filia consensit patri post septem annos volenti eam tradere nuptui. An ipsa teneatur stare voluntati paterne. ¶ Et tenet q sic si tamen nuberet alteri tenet matrimoniuz.per tex.in.c.duobus extra d spõsa.duorum. ¶ Tercio decidit hanc questionem prout supra dixi in principio. secunda ibi z quidem si sponsalibus.tercia ibi si vero filij zc. ¶ Ex quibus omnibus nunc habes expeditionem huius trigesime prime cause. cuz tribus questionibus in ea formatis.vna cum his que notari potuerunt licet non multa fuerint cum additionibus z supplectionibus nostris necessarijs z oportunis.

¶ Trigesimasecunda causa.

t **Hema trigesi**mesecũde cause. ¶ Ex quo eliciuntur octo questiones vt infra videbitur. ¶ Quidam cum non haberet vxorem quandam meretricem coniugio sibi copulauit que erat sterilis. ¶ Neptis ingenui filia originarij. quam cũ pater alij vellet tradere auus huic eam copulauit causa solius incontinentie. ¶ Deinde hic penitentia ductus.ex ancilla propria filios sibi querere cepit. ¶ Postea de adulterio conuictus z punitus quendaz arrogauit. vt vxorem suam opprimeret. vt sic eam dimittere posset ¶ Quo facto quandam infidelem sibi copulauit ea tamen conditione. vt ad christianaz religionem transiret. ¶ Ex quo themate oriuntur octo dubitationes gradatim inferius declarande.

¶.xxxij.q.i.

q **Uod autem** ¶ hec ẽ pª q̃stio hui⁹ trigesimesecũde cãe prĩcipal'. In q̃ q̃

ritur vtrum meretrix possit duci in vxorem ¶ In quo arguendo hincinde ad partes dicitur ꝙ sic. tex. est in. §. veruȝ. ⁊ in. c. integritas. ⁊ in. c. nō est culpandus quod est. c. finale ead. q̄one. ¶ Ex qua primo notabis tex. ī c. dixit dominus in vers. qui tenet adulteraȝ stultus ⁊ impi⁹ est ⁊c. ¶ In quo dicas tu ꝙ hoc originaliter habetur Prouerbiorum. xviij. c. ¶ Preterea notabis eundem tex. i versic° sola fornicatio est que vxoris vincit affectum ⁊c. ¶ Insuper signabis tex. in. c. quod autem in vers. in veteri lege del nullis sacrificijs mundabātur ⁊ loquitur de adulterijs. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc ad litteram habetur Leuitici. xv. capitulo. ¶ Ulterius notabis eundem tex. in vers. Dauid saulis filiam. quā pater eius mulieris ab eo separatam dederat alteri ⁊c. ¶ In quo dicas tu ꝙ hoc habetur secundo Regum. viij. capit°. ¶ Insuper notabis text. in. c. nuptie. in vers. nuptie replent terram virginitas autem paradisum. ¶ Insuper notabis eundem text. in vers. ⁊ iuxta hebraicaȝ veritateȝ in prima ⁊ tercia. ⁊ quarta. ⁊ quinta. ⁊ sexta die expletis operibus singulorum dierum vidit deus ꝙ bonum esset ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc originaliter habetur genesis primo capi. ¶ Ultimo notabis eundem tex. in versic°. in archa Noe omnia animalia quecunqȝ bina ingrediuntur ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur ad litteram genesis sexto. ⁊. vi. ⁊. xvij. capitulo ¶ Ulterius notabis text. in. §. cum ergo in vers. raab iericontina. quamuis esset meretrix. tn̄ pricipi de tribu iuda coniugio copulata est ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc hr̄ ad litteram Iosue. vi. c. ¶ Et hec sint que quo ad tex. merito dici possunt. ¶ Nunc capio glosas relatione dignas. ⁊ primo glo. summe quā tibi diuido in duas partes. ¶ Primo decidit hanc questionem prout supra dixi in princi° ¶ Secundo ostendit ordinem magistri Graciani. secunda ibi allegat tamen primo magister ⁊c. ¶ Insuper notabis glo. in. §. ꝙ si in adulterio. que ponit plures modos quibus cōmittitur lenocinium. ¶ Postremo notab. glo. magistram in. l. publico iudicio ī verbo accusationem. que ponit late de iudicio inter maritum ⁊ vxorem circa adulteruȝ ⁊ de pena eius vt ibi per eaȝ. ¶ Et hic nō sunt alia cōmemoratu digna quo ad text. vel glosas exceptis predictis.

¶. xxxij. q. ij.

q **Uod autem** ¶ hec ē secunda questio huius trigesimesecunde cause principalis. ¶ In qua querit vtrū ea que ducitur causa incontinentie possit appellari vxor. ¶ In quo arguendo hincinde ad partes dicitur ꝙ sic. tex est in. §. his ita. ⁊ in. c. quicquid. ⁊ in. c. nubat. ⁊ in. c. solet eadem questione ¶ In qua ponitur etiā ꝙ nō est homicida. qui procurat aborsum. anteqȝ anima sit infusa corpori. tex. est i. c. quod vero. ⁊ in. c. Moyses. ⁊ in. c. sicut eadem questione. ¶ In qua etiā subditur ꝙ legittia vxor dicitur que traditur habenti concubinā. tex. est in. c. non omnis. ⁊ in. c. honorantur. ⁊ in. c. mulier eadem questione. ¶ Ex qua habes modo colligere aliqua relatōne digna. ¶ Et primo ex tex. in dicto. §. quod autem ibi coniugium propagationis causa a deo institutuȝ est. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc ad litteram habetur genesis. ij. ⁊. viij. c. ¶ Et concordat etiam tex. in. §. his ita infra eadem questione. ¶ Demum notabis tex. in dicto. §. his ita in vers. propter fornicationem vnusquisqȝ suā habeat vxorem. ⁊ vnaqueqȝ habeat virum suum ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc ad litterā habetur per Paulum prima ad Corinthios. vij. c. ¶ Insup notabis tex. in. d. c. moyses i vs. moyses tradidit si qs pcussei it mulierē i vtero habentem ⁊ abhortum fecerit si formatum fuerit det animam pro anima. ¶ In quo tu adde ꝙ hoc habetur Exodi. xxi. ca. ⁊ Deutrono. xviij. ¶ Insuper notabis eūdeȝ tex. in vers. in Adam exemplum datum est. quia corpus formatum non accepit animam ⁊c. ¶ In quo dicas tu ꝙ hoc habetur originaliter genesis. ij. c. ¶ Ultimo notabis eundem tex. in fi. in vers. anima certe quia spiritus est in sicco habitare nō potest. ideo ī sanguine fertur habitare ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ dicitur alibi quod habitat ī capite. c. accepisti infra de consecratione distinctione. iij. ¶ Successiue notabis text. in dicto. ca. non omnes in versiculo dicitur abrahe. ecce ancillam ⁊ filium eius. ¶ In quo adde tu ꝙ h° ad litteram habetur genesis. xxi°. capitulo. ¶ Et concordat tex. in. c. recurrat infra eadem questione quarta. ¶ Preterea notabis tex. in dicto. c. honorantur in versiculo non ē virginalis pudoris eligere maritum. ¶ Et ibidem expetita magis debet videri a viro. quam ipsa virum expetat verecundiam permittat anteqȝ nubat. ¶ Insup notabis text. in dicto. c. mulier in versiculo mulieres eniȝ etiam virgines in scriptura solent appellari ¶ In quo dicas tu ꝙ hoc habetur originaliter Numeri trigesimo capitulo. ¶ Et hec sint que quo ad text. ⁊ etiam quo ad glosas merito dici possunt. ¶ Quia glose non multum habent. Maxime glo. summe. que nihil aliud facit nisi ꝙ decidit hāc. q. put. s̄. dixi in principio. referēdo ius antiquū ⁊ nouū i ea.

¶ Insuper notabis glo. multum magistram in. d. c. solet in verbo noluerint. Que ponit vtrum conditio possit apponi in matrimoio ⁊ an viciet vel viciet. ⁊ quid in cōtractibus ⁊ etiā in vltimis voluntatibus. ¶ Insuper notabis glo. in dicto. c. Moyses in verbo in sicco que arguit ꝑ anglicis ⁊ alamanis ⁊ polonis. vt possint bibere fortiter ne anima habitet in sicco. ⁊ ideo tu intelligis. ¶ Nec hic sunt alia notatu digna. q̊ ad tex. vel glosas.

¶ .xxxij. q. iij.

d **E tercia** ¶ Hec est tercia q̄stio huius trigesime secūde cause pricipalis. ¶ In qua queritur vtrum filia in nubēdo debeat sequi magis arbitrium aui quā patris ¶ In quo dicitur ꝙ patris. tex. est in. c. patrem ꝙ est c. vnicum eadem questiōe. ¶ In qua quo ad tex. alia non habes. ¶ Et etiam glose non multum faciūt. ⁊ maxime glo. summe. Que potest diuidi i duas partes. ¶ Primo decidit hanc questionem prout supra dixi in principio. ¶ Secundo ponit vtrum neptis teneatur necessario requirere in nubendo cōsensum aui. ⁊ concludit ꝙ nō. secunda ibi nec aui ⁊c. ¶ Et hic nō habes alia notatu digna quo ad tex. vel glosas.

¶ .xxxij. q. iiij.

q **Uod autem** ¶ Hec ē q̄rta q̄stio huius. xxxij. cause pricipalis. ¶ Qua queritur vtrū liceat viuēte vxore habere filios ex ancilla. ¶ In quo dicitur ꝙ non. arguēdo tamen prius ad partes textus est. in. §. his ita respondetur. ⁊ i. c. dicat aliquis. ⁊ in. §. ecce ea. q. ¶ In qua etiā prohibetur omnis concubitus illicitus. text. est in. c. meretrices. ⁊ in. c. in eo. ⁊ in. c. salomon ⁊ in. c. liberorum. ⁊ in. c. liberi. quod est. c^m. finale eadem questione. ¶ Ex qua notabis aliqua. ⁊ primo ex textu in dicto. §. quod autem in versiculo exemplo Abrahe qui propter sterilitatem vxoris sue Sare ingressus ē ad Agar egiptiā vt ex ea filios acciperet ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur originaliter Genesis. xvij^o. cap^o. ¶ Insuper notabis tex. in. c. Jacob. ex Rachel cum filios habere non posset ex ancilla filios suscitauit ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc originaliter habet Genesis. xxx. c. ¶ Pretera notabis eundē tex. in vers. post mortem Sare Abrahā duxit Ceturam in vxorem. ¶ In quo dicas tu ꝙ hoc habetur Genesis. xxv. c. ¶ Successiue notabis tex. in. c. recurrat in versi. Ismael de ancilla natus expulsus est ab hereditate ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc originaliter habetur Genesis. xx. capit^o. ¶ Ulterius notabis tex. in. §. his ita respondetur in versi. promissum erat abrahe ꝙ in semine eius benedicerentur omnes gentes ⁊c. ¶ In q^o dicas tu ꝙ hoc habetur Genesis. xij. xv. ⁊. xvi capit. ¶ Demum notabis eundem tex. i versic^o. ceteris in ydolatris relictis Abraā ⁊ filios eius in peculiarem populum sibi dominus elegit ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc originaliter habetur etiā genesis. xiiij. c. ¶ Ulterius notabis eundem text. in. l. dicebatur maledicta sterilis que non reliquerat semel semen suum super terrā. ¶ In quo adde ꝙ hoc ad litteram habetur Exo. xxiij. c. ¶ Postea notabis eundē tex. in versi. hinc etiam sacerdotibus coniugia decreta sunt. quia in successione familie successio constabat officij ¶ In quo dicas tu ꝙ hoc habetur Leuitici. x. c. ¶ Preterea notabis tex. in. c. dixit i vsi. sarra ad Abraam dixit. ecce cōduxit me deus vt non pariā. intra ergo ad ancillam meam vt filios facias ex ea ⁊c. ¶ In quo dicas tu ꝙ hoc habetur originaliter Genesis. xvi. c ¶ Ulterius notabis tex. in. c. nemo in vers. tollerabilior ē culpa si lateat q̄ si culpe vsurpetur auctoritas. ¶ Insuper notabis tex. in c. origo in vers. nihil enim est fedius q̄ vxorem amare quasi adulteram. ¶ Insuper notabis glo. in. c. sicut i vers. sanctius est fame mori q̄ ydolaticis vesci. ⁊ sanctius est desūgi sine liberis q̄ ex illicito concubitu stirpē querere. ¶ Consequenter notabis tex. in. c. dicat aliquis ibi non erit heres filius ancille cum filio libere ⁊c. ¶ In q̊ dicas ꝙ istud habetur originaliter genes. xxi. c. ⁊ transumptiue habetur per paulum ad Galath. iiij. c. ¶ Ultimo notabis eundem tex. in vers. adulterorum filij abbominatio sunt deo. ¶ In q̊ dicas ꝙ hoc habetur ad litteram Exodi. xxxiiij. ca. ⁊ Deutronom. v. capitulo. ¶ Subsequenter notabis tex. in dicto. c. meretrices i vers. non enim rapinam permisit qui furtū prohibuit. ¶ In quo dicas ꝙ hoc habetur Leuitici. xxviij. ⁊ Exodi. xx. capit. ¶ Postmodum notabis tex. in. c. in eo in versi. in. l. veteri de nephandis criminibus que in occulto fiunt que nominare etiam turpissimū est. scriptura est complexa dicens verecundos facite filios israel ab omni imūdicia ⁊c. que habentur Deutrono. v. c. ⁊ etiam Exodi xxv. ¶ Postremo notabis tex. in dicto. c. salomon in ver. immoderato vsu atq̄ assiduitate mulierum salomon ab hoc vsq̄ perditus est vt templum ydolis fabricaret. ⁊ qui prius deo templum construxerat assiduitate libidinis subtractus ydolis construeret templa non timuit ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hec habentur tercio Regum vndecimo capitulo ⁊ ꝑo Paralipomenon secundo ⁊ quarto. ca^o

¶ Et hec sunt quo ad tex. et glosas que parum habent. maxime glo. summe que dicit quod hec questio non habet dubium. et plus non dicit. ¶ Insuper notabis glo. in c. dicat in verbo successionis. que ponit in quibus filius sequatur conditionem patris et in quibus cōditionē matris. ¶ Et hic non sunt alia quo ad text. vel glosas.

¶ .xxxij. q. v.

q **Uod autem** ¶ Hec ē quinta q̄stio huius trigesimesecunde cause principalis. ¶ Qua queritur vtrum ea q̄ passa est violentiam amittat pudiciciā. ¶ In quo dicitur quod animi nō. sed corporis sic. tex. est in. c. tollerabilius. et in. c. renerga. et in. c. proposito. et in. c. de pudicicia cum multis alijs. c. sequētibus eadē questione. ¶ In qua subditur quod nihilominus non debet equari virginibus. tex. est in. §. quāuis. et in. c. ille autem eadem questione. ¶ In qua subditur quod non licet viro dimittere vxorem. nec econtra. nisi ex causa fornicationis. tex. est in. c. horrendus. et in. c. si vxorem. et in. c. precepit. et in. c. apud nos. et in. c. preceptum. et in. c. quicquid et in. c. christiana quod est. c. fi. eadē questiōe ¶ Ex qua habes modo aliq colligere. ¶ Et primo ex text. in. c. ita ne in versiculo nullus magnanimus et pudicus in potestate habet quicquid de carne sua fiat. sed tantū quod annuat mente vel renuat. ¶ Ulterius notabis tex. in. c. sicut in versi. illa est vera continentia quā nunq̄ transgredi potest necessitas debilitate corporis sed quā cōplectitur voluntas sancti propositi etc. ¶ Ulterius notabis text. in. c. si paulus in versi. timeamus illam prophetiam que dixit virgines bone deficient etc. ¶ In quo dicas quod hoc habet Isaye. lv. c. ¶ Preterea notabis tex. in. c. nec solo in versi. impudicus oculus impudici cordis ē nuncius. ¶ Preterea notabis tex. in c. precepit in versi. precepit dominus non debere admitti vxorem excepta causa fornicatiōis etc. ¶ In quo addetur quod hoc habet Mathei. xix. c. et Marci. x. ¶ Et concodat etiam tex. in. c. preceptum infra ea. ¶ Ultio notabis tex. in. d. c. christiana in fi. in versi. cū par causa sit interdum probatione cessante vindicta conquiescit etc. ¶ Et hec sunt quo ad text. ¶ Nunc capio glosas relatu dignas. et primo gl. sūme. que potest diuidi in duas partes. ¶ Primo decidit hāc q̄stionem prout supra dixi in principio. ¶ Secundo ponit in quo differat virgo et coniugata et vidua. et dicit quod virgo habet virginitatem coniugata pudiciciam. vidua vero castitatem. facit ibi et nota. ¶ Insuper notabis glo. in dicto. c. preceptum in verbo dignitatis. que dicit quod si excommunicatus contemnit excōmunicationem potest iudex secularis priuare eum feudo. ¶ Nec hic sunt alia.

¶ .xxxij. q. vi.

s **Ed ponatur** ¶ Hec ē. vi. questio huius trigesimesecunde cause principalis. Qua queritur vtrum adulter possit dimitterē adulterā. ¶ In quo breuiter dī quod nō. tex. ē in. c. nihil. et in. c. si dicturi. et in. c. nō mechaberis, quod est. c. fi. et in. §. his auctoritatibus ea. q. ¶ In qua dicitur etiam quod grauius puniendi sunt mariti q̄m vxores. d. c. non mechaberis. ¶ Ex quo tex. notabis ibi non mechaberis. i. non ibis ad aliam aliq̄m preter vxorem tuam etc. ¶ In quo adde quod hoc habetur originaliter Exodi. xx. c. et Deutro. v. c. ¶ Nec in tex. vel in glosis hēs alia excepta glo. summe quā diuido tibi in tres partes. ¶ Primo decidit hanc questionem prout supra dixi in principio. ¶ Secundo ponit vtrum maritus adulter possit denunciare crimen vxoris adultere. et dicit quod non nisi peniteat prius de crimine suo. ¶ Tercio enumerat sex casus in quibus maritus nō potest accusare vxorem adulteram. secunda ibi denunciare tamen. tercia ibi sunt tamen septem casus etc. ¶ Insuper habes glo multum magistram in dicto. c. nihil in verbo conuincitur. que ponit quomodo maritus potest conuinci de adulterio qui prius cepit accusare vxorē adulteram. ¶ Nec hic sunt alia in tex. vel in glosis.

¶ .xxxij. q. vij.

n **Unc autem** ¶ Hec ē septima q̄stio huius trigesimesecunde cause principalis. Qua queritur vtrum ille qui dimisit vxorem suam causa fornicationis possit aliam ducere ea viuente. ¶ In quo dicit quod non. tex. est in. c. interueniente. et in. c. licite. et in. c. apostolus cum sequentibus eadem questione. ¶ In qua ponitur etiam quod grauius est coire contra naturam q̄m secundum naturam. tex. est in. §. suam enim. et in. c. adulterij. et in. c. offerebat. et in. c. flagitia. et in. c. vsus naturalis eadem questione. ¶ In qua subditur postea quod quis dormiens cū duabus sororibus vel nouerca vel filiastra non pōt ducere vxorem nec illa virum. tex. est in. c. quidam. et in. c. si quis viduam. et in. c. concubuisti. et in. c. si quis cum nouerca eadem questione. ¶ In qua subditur aliud quod non potest quis dimittere vxorem sterilem ex causa sterilitatis. tex. est in. c. tantum. et in. c. vsque adeo. quod est capitulum finale eadem q̄one ¶ Ex qua notabis aliqua relatu digna. et primo ex tex. in. c. placuit ibi dimissus ab vxore. et dimissa a marito alteri non coniungatur etc.

S Si dimytens vxorem causa fornicationis non pot aliam ducere illa viuente / contra / aut mulier post separationem mariti / potest nubere [illegible] [illegible] pius fornicata fuit [illegible] sit maior

¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur per paulum prima ad Corinthios.vij.c.ꝛ Math.xix. ꝛ Marci.x. ¶ Et concordat tex.in.c.apostolus supra eadem. ¶ Ulterius notabis text.ī dicto.c.tantuȝ in vers.alterius vxoris aut iure ac potestate apud antiquos patres p̄bās erat ꝛc. ¶ In quo dicas ꝙ hoc habetur Genesis.xvi.capitᵒ. ¶ Et hic non sunt alia quo ad tex.vel glosas.ꝛ maxime ī glosa summe. que nihil aliud facit.nisi ꝙ decidit hanc questionē ꝓut supra dixi dicens ꝙ non habȝ dubium.ꝛ ponit ēt tres limitatōes de qbꝰ ī ea. ¶ Insup notabis glo.in.d.c.licite. in verbo nunq̄ȝ que dicit ꝙ baptismꝰ nō deletur morte.nec aliud in quo conscratur gratia. ¶ Insuper notabis glo.in.c.quid ī oībus ī verbo imponis.que ponit precepta q̄ ꝯtinebantur in prima tabula ꝛ ī secūda. Nā ī prima erāt tria.ī secunda vero septē de quibus dic vt ī ea. ¶ Ultimo notabis glo.ī.c.hi qui in verbo secti que dixit ꝙ in matrimonio nō requiritur semꝑ ꝙ sit spes filioꝝ. ¶ Postreō notabis glo.in.d.c.tuā in verbo temere. q̄ dixit ꝙ melius est pie dubitare q̄ȝ temere diffinire.quod nota tu q ita ex abrupto ꝛ cito cito iudicas oīa ꝛ male. ¶ Et hic nō sūt alia.que merito dici possint quo ad tex.vel glosas.

¶ .xxxij.q.viij.

c **Um itaque** ¶ Hec est octaua ꝛ vltima questio huius trigesimesecūde cause. Qua queritur vtrū liceat ducere hebreaȝ vxorem sub condictione vt efficiatur xp̄iana. ¶ In quo dicit ꝙ sic.ȝ nō ꝓbatur hec cōclusio in hac q̄ōe.ī qua habes vnicū tex.tantū.Sed probat in.c.caue. ꝛ.in.c. cuȝ oporteat.ś.xxviij.questiōe prima. ¶ Et ita decidit glo.sūme hic que nihil aliud facit ꝛ ostendit ordinē magistri Gratiani ī hac q̄ōne que breuissima ē vt vides. ¶ Ex quibus omnibus nūc hēs expeditōem huius.xxxij. cause p̄ricipalis cū decisione octo questionū in ea ꝯtentarum.cuȝ his que annotari potuerunt tam in tex.quā in glosis earum.cuȝ additōibus nostris necessarijs ꝛ oportunis.

¶ Trigesimatercia causa.

t **Hema trigesi**me tercie cause. Ex quo eliciuntur quinq̄ȝ q̄ōes.in quarum vna videlicet trigesimatercia continentur septē distinctōes ꝓut infra ī processu videbitur. ¶ Uir quidam maleficijs īpeditus vxori sue debituȝ reddere non poterat. ¶ Alius interim clanculo eaȝ corrupit. ¶ A viro suo separata corruptori suo publice nubit. ¶ Crimen q̄ō comiserat corde deo tantuȝ confitetur. ¶ Redditur huic facultas eam cognoscendi repetit vxorem suam. Qua recepta vt expeditius orationi vacaret.ꝛ ad carnes agni purus accedeat et continentiam se seruaturum promisit. ¶ Uxor vero cōsensum adhibuit. ¶ Unde orte sunt quinq̄ȝ q̄ōnes principales inferius gradatiȝ decidēde

¶ .xxxiij.q.i.

q **Uod autem** ¶ Hec ē primus q̄ō huius trigesimetercie cause principalis. Qua queritur vtrum propter impossibilitatem coeundi mulier sit separanda a marito. ¶ In quo dicitur ꝙ non si prius se cognouerunt alias sic. ꝛ impedimentuȝ sit ꝑpetuum.tex.est in.c.quod autem.ꝛ in.c. requisit.ꝛ in.§.ecce.ꝛ ī.c. si per sortiarios quod est.c.si.ea.q. ¶ Ex qua notabis aliqua relatu digna. Et p̄imo ex tex.in.d.§. quod autē in vers.nulli licet dimittere vxorem suaȝ ꝛc. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur Mathei xix.ꝛ etiam Marci.x.cᵒ. ¶ Ultimo signabis eundem tex.in vers. mulier quanto tempore viuit vir alligata ei est legi ipsius reddendi sibi debituȝ ꝛc. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur per paulum prima ad Thimotheuȝ vij.cap. ¶ Nec hic sunt alia quo ad tex.vel glo.excepta glo.summe quam diuido tibi ī sex partes. ¶ Primo premittit tres species impossibilitatis. ¶ Secundo p̄mittit aliter impedimenta contingentia. ¶ Tercio decidit hanc questioneȝ prout supra dixi in principio. ¶ Quarto ponit quanto tempore debet videri si impedimentum est perpetuum ¶ Et breuiter tenet ꝙ infra triennū hoc debet videri per tex.in.c.laudabilem extra d̄ frigidis ꝛ malefi. ¶ Quinto ponit a quo tēpore incipiat currere hoc tempus.ꝛ tenet ꝙ ab illa die quo temptant coire. ¶ Sexto ꝛ vltimo ponit vtrum debeat presumi impedimentum precessisse matrimoniuȝ vel sequutum esse. ¶ Et concludit ꝙ debet presumi sequutum esse.secunda ibi vel sic distinguas. tercia ibi ꝛ quecūq̄ȝ sit.quarta ibi ꝛ nota ꝙ licet.quīta ibi ꝛ hoc triennium currit.sexta ibi an dubitatur ꝛc. ¶ Insuper notabis glo. in dicto.c.si quis in verbo aliquo.que ponit illud Ouidij. ¶ A iuuene cupido credit̄ reddita virgo. ¶ Et multum magistraliter loqtur circa presumptionem coitus. etiam quid si vir vel vxor ab inuito sciunt eam esse frigidam ꝛ maleficiatam ꝛ secum contraxit. ¶ Nec hic sunt alia cōmemoratione digna quo ad tex.vel glosas.

¶ .xxxiij.q.ij.

q **Uod autem** ¶ Hec ē secunda questio huius.xxxiij.cause p̄ricipalis.q̄ q̄ritur vtrū mulier post sep̄ationē mariti possit nubere ei cū q̄ priꝰ fornicata ē. nota

¶ In quo dicitur ꝙ sic quia perinde est ac si maritus mortuus fuisset. vnde mortuo viro ꝛc. Et voluit Gratianus in hoc. §. qd autem ead. questione. ¶ In qua subditur etiam incidenter alia questio vtrum possit maritus dimittere vxorem sine causa ꝛ probata coram iudice. Et dicitur ꝙ nō tex. est in. c. seculares ꝛ in. c. an quod. ꝛ in. c. hystoria. ꝛ in. c. sine eadem questiōe. ¶ In qua additur aliud ꝙ nō licet viro occidere vxorez aliquo mō textus ē in. c. iterfectores. ꝛ in. c. inter hec. ꝛ in. c. qcunqȝ. ꝛ in. c. admonere cum. c. sequēti eadē qōe. ¶ In qua ponitur etiam q̄ pena puniatur contrafaciens. textus est in. c. hoc ipsum eadem questione. ¶ In qua subditur etiam aliud ꝙ postea non prohibet cōtrahere aliud matrimonium. textus est in. c. de his. ꝛ in c. audiuimus. ꝛ in. c. in adolescentia eadez q̄stione. ¶ In qua ponitur etiaȝ que pēa imponatur occidenti matrem. de quo hēs text. in. c. latorem ea. questione. ¶ Ex qua modo habes colligere aliqua relatu digna. ¶ Et primo notabis textuȝ in. § in hoc capitulo ī versicu. separatio pena est ꝛc. ¶ Cuȝ quo cōcordat text. in. c. placuit. §. xvi. q. vi. Et text. in. d. c. interfectores in fi. in versi. non veniui mittere pacem in terram sed gladium ꝛc. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur Mathei. x. capitulo. ¶ Ulterius notabis text. in. d. c. admonere. in versi. deus nō vult mortez peccatoris sed vt cōuertatur ꝛ viuat ꝛc. ¶ In q̄ adde ꝙ hoc originaliter habet Ezechielis. xviii°. capitulo. ¶ Insup notabis textum in dicto. c. hoc ipsum in versiculo. Maria soror Aaron prophetissa dn̄i aduersus Moysez cum currisset illico stigmate lepre pcussa est ꝛc. ¶ In quo adde ꝙ hoc habet originalr̄ Numeri. xii. capitulo. ¶ Preterea notabis tex. in dicto. c. audiuimus in versicu. agite penitentiaȝ appropinquabit eniȝ regnū celoꝝ ꝛc ¶ In quo dicas tu ꝙ hoc habet Mathei. iii c. ¶ Ulterius notabis tex. in. c. si qs cū duabus in vers. si qs cuȝ duabus sororibus fuerit fornicatus. aut cū his cum quibus sancta scriptura ꝓhibet ꝛc. ¶ In quo adde tu ꝙ he ꝓhibitiones habent originaliter Leuitici. xx. c° ¶ Ultimo notabis tex. in. c. quos deus cōiūxit homo non separet ꝛc. ¶ In quo dicas ꝙ hoc habet ad litterā Mathei. xix. c. ꝛ Marci. x. c. ¶ Nec hic sūt alia quo ad tex. ¶ Capio nūc glosas relatu dignas. ꝛ primo gl. sūme quam diuido tibi in duas partes. ¶ Primo dicit ꝙ hec questio non habet dubium. ¶ Secundo ānectit aliā questionem videlicet an vxor adultera sit restituenda viro. Et tenet ꝙ sic preterq̄ȝ in aliquibus casibus. de quibus in ea. Ita ibi ideo ponit. ꝛc. ¶ Insup hēs glo. in. d. c. interfectores in verbo indulgentia q̄ dixit ꝙ indulgētia ē ius tale quo superior vti pōt sȝ nō inferior. ¶ Ulterius habes glo. magistraȝ i. c. inter hec q̄ pōit quō pater ꝛ maritus possint occiderē filiā vel vxorez adulterā. ¶ Et ꝯcludit ꝙ pōt i ipso actu ꝛ hoc i foro ciuili tn̄ peccat mortaliter q° ad deū. ¶ Ulterius notabis glo. ī. c. qcunqȝ in verbo monasteriū q̄ pōit plures effectus resultantes ex igressu monasterij. ꝛ maxie q̄ tollitur votū ꝛ iuramētū. ¶ Ultio hēs glo i. d. c. latorē ī verbo arma q̄ dicit ꝙ vasall' potest aliqū fuīre dn̄o suo p ꝯstitutū. Alia vero nō sunt hic q̄ ad text. vel glo. ¶ Expedita igit' reddit' hec. xxxiij. ca pricipal' cū duabus eius qōib' ex qnqȝ cū his q̄ notari in eis potuerūt tā ī tex. q̄ȝ in glosis vna cū additōib' ꝛ suppletionibus nr̄is oportunis ꝛ necessariis. ¶ Nūc supest expedieda tercia q̄stio pricipalis hui'. xxxiij. cause loco cui' subnectit' ti actat' de penitētijs solēnis ꝛ quottidianus diuisus i septe distictōes. ¶ Post quē aggrediemur quartā ꝛ qntā qōes pricipales hui' xxxiij. cause. quas ēt more solito ꝑficiemus. cū laude ꝛ suffragio illi' i cui' manu sumus nos ꝛ sermones nostri ꝛ oīs sciētie ꝛ discipline. ꝛ q sciētiaꝝ ē dn̄s. Iuxta illud qd hr̄ primo Regū. ij. c. ī princ°. ꝛ sine quo factū ē nihil. ꝛ oīa p ip̄ȝ Ioh. p̄. c. cum alijs similibus.

Tractatus de pēitentiis

¶ Distinctio prima.

b **Is breuiter** decursis. ¶ Hec ē tercia qō huius. xxxiij. cause pricipalis. ¶ Et est etiaȝ prima distinctio quottidiani tractatus d penitentijs hic multū accomodate inserti. q sub se habet septē distinctōnes principales. ¶ In qua quidez qōe tercia. seu distinctione pria vt iuxta cōez vsum allegādi loquamur. ¶ Queritur vtrum sola ꝯfessione cordis crimē possit deleri absqȝ ꝯfessione oris. ¶ In quo dicitur ꝙ non post multa nisi quando facultas nō daretur vt quis possit ꝯfiteri. tex. est in. c. perfecta. ꝛ in. c. nō potest. ꝛ in. c. nullus. ꝛ in. c. neminem. ꝛ in. c. agite infra eadē distinctione. ꝛ fere per totam hanc distictōȝ primaȝ. ¶ In qua hincide tamen ad partes arguitur multū copiose ꝛ finaliter hec ē vera conclusio prout etiam dicemus inferius. maxime in glo. summe huius distinctionis. ¶ In qua dist. prima vt intelligas ordinem magistri gratiani. ¶ Primo ostendit p multa iura ꝙ sine confessione sola contritio sufficit ad impetrandam veniam peccatorum. tex. est in. c. Petrus. ꝛ in. c. lachryme. ꝛ in. c. dixi. ꝛ in. c. magna pietas eadem distinctiōe ¶ In qua

¶ In qua probatur etiaz per aliqua iura ꝙ voluntas proprie reputatur factum. text. est in. l. siquis non dicam rape. ⁊ in. l. nemo. ⁊ in l. quicunqz. in. l. quisqs. ⁊ in. l. si quis cum telo i. l. si qs necandi ⁊. l. si forte. ⁊. l. si qs tam masculum. ⁊. l. si qs pulsatus ea. dis. ¶ In q̈ postmodum arguitur incōtrarium ꝙ imo voluntas sola nō puniat. ⁊ ad hoc est tex. i. §. e contra. ⁊ in. l. cogitationis. ⁊ in. l. sollicitatores. ⁊ in. l. qui puero. ⁊ in. l. vulgaris. ⁊ i. §. hec autem verba ead. distin. ¶ In qua stati probatur etiam de iure canonico voluntatē absqz effectu puniendam fore. tex. est. in. §. hinc etiam. ⁊ in. c. periculose. ⁊ in. c. homicidiorum. ⁊ in. c. omnis iniquitas. ⁊ i. c. nunqd Chaym cū multis. c. sequentibus ea distinc. ¶ In qua postmodum fit trāsitus ⁊ redditus per magistrum gratianuz ad primā partem affirmatiuam hu⁹ q̄ōis. s̄. formate ꝙ sola ꝯtritio sufficit absqz cōfessione oris. tex. est. in §. hoc idē probatur. ⁊ in. c. cōuertimini. ⁊ in c. resuscitatus. ⁊ in. c. omnis el primo ⁊ el secundo ea. distinc. ¶ In qua postmodū statiz adducuntur aliqua iura probantia totum cōtrariū i. c. dictu. in. c. nō potest in. c. ecce nūc ⁊ in. §. his verbis. ⁊ in. c. perfecta. ⁊ in. c. nō potest. ⁊ in. c. nullus cum multis capitulis sequētibus ea. distinc. ¶ In qua postea respōdetur ad ꝯtraria supra allegata. vt in. §. pōt ⁊ in. §. ex his itaqz. ⁊ in. §. ex his omnibus. ¶ In quibus tandem ꝯcluditur ꝙ sine oris confessione nō meretur quis veniam peccatorum. ¶ Pro quo adducitur etiam tex. i. c. sufficit. ⁊ in. c. penitentia. ⁊ in. c. nō sufficit. ⁊ in. c. nouit. ⁊ in. c. aliud cum multis ⁊ multis capitulis sequentibus vsqz ad. §. his auctoritatibus. ea. dist. ¶ In quo. §. etiam idē firmatur ⁊ respondetur ad iura omnia que videbantur probare ꝯtrium. Et etiā respōdet ad ea p magistrū in. §. ecōtra ⁊ in. §. quecunqz. ⁊ in. §. hoc ergo. ⁊ in. §. cuz ergo ⁊ in. §. qbus auctoritatibus. ⁊ i. c. quidaz deo quod est. c. fi. ea. dis. ¶ In qua non mireris si varie ⁊ diuersimode processimus plus q̄ᶻ i aliis distinctionibus ⁊ q̄ōibus precedentibus. qa oportuit nos imitari ordinē magistri Gratiani qui argumentat in q̄ōe. s̄. formata p ⁊ ꝯ allegādo ⁊ supallegdo nō solū bis sed sepi⁹ pro ⁊ contra more optimi athlete ⁊ dimicatoris certantis ⁊ in duello pugnantis vt ex p̄dictis apparet. ¶ Ex qua quidem prima distinctione seruando morem soluū habeas colligere q̄ᶻ plura memoratu digna. quia he septem distinctiones de penitentiis multū singulares ⁊ allegabiles sunt prout in processu videbis. ⁊ omnia meo iudicio sunt aurea. qz hic iacet maxima vtilitas anime ⁊ corporis. ¶ Et p̄io notabis tex. in. c. lachrime i vers. sacrificium deo spiritus contribulatus cor ꝯtritū ⁊ humiliatū deus non despicies ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur i psalmo quinquagesimo incipiente Miserere mei deus ⁊c. ¶ Secundo notabis tex. in dicto. c. dixi i vers. dixi confitebor aduersū me iniusticiaz meam domino ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur ad litteraz in alio psalmo. xxxi. ¶ Tercio notabis etiā tex. in. d. l. si quis nō dicam rapere cum octo legibus sequentibus hic canonizatis probantibus solam voluntatem absqz opere puniendā fore. que leges vt intelligas loquuntur i atrocioribus criminibus. ¶ Preterea notabis tex. in. d. l. cogitationis cum tribus legibus sequētibus que etiaz sunt hic canonizate cuz. §. hec autē verba in quibus modo probatur contrariū scilicet ꝙ non punitur affectus si non sequatur effectus. sed he ꝓcedunt in leuiorib⁹. ¶ Preterea notabis tex. in dicto. c. p̄iculose in versiculo euangelista dicit dominuz crucifixuz hora tercia alius vero sexta ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ Marcus dixit de hora tercia. xii. ⁊. xv. capitulo. Johannes vero dixit de hora sexta in c. x. xi. ⁊. xviii. capitulo. ¶ Que scripture concordantur per Augustinum in dicto. ca. periculose vt prima crucifixio intelligatur de traditione facta ꝯtra dominum nostrum Jhesum christuz. sed alia de vera crucifixione eiusdem. ¶ Insuper notabis text. in. d. c. nunquid in vers. Chaym cuz domino munus offerret perimerat fratrez ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur originaliter Genesis. iiii. c. ¶ Demū notabis tex. in. d. c. nō putare in versi. hominuz dentes eoruz arma ⁊ sagitte lingua eorum machera acuta ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur ad litterā in psalmo. lvi. incipiente. Miserere mei ⁊c. ¶ Et concordat etiam tex. i. c. periculose supra ea. q. in fi. ¶ Ulterius notabis tex. in. c. homicidiū lege vetitum ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur ad litteraz Deutrono. v. c. vbi ē ista lex scripta. ¶ Preterea notabis tex. in. §. itez sicut auctoritas testatur voluntas remuneratur non opus ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc originaliter habetur Genesis. xxii. capitulo. ¶ Ulterius notabis tex. in. §. hoc idez in vers. in quacunqz hora ingemuerit peccator vita viuet ⁊ nō morietur. ¶ In quo dic ꝙ hoc legitur Ezechielis. xxxiii. capitulo. ¶ Et concordat etiā tex. in. c. ponderet supra. Iᵃ. distinc. ¶ Demuz notabis eundem text. in versiculo scindite corda vestra ⁊ non vestimenta vestra ⁊c. ¶ In quo dicas idem haberi originaliter Ezechielis. xxviii. c. ⁊. ii Reguz. iii. c. ⁊ etiaz Malachie. iii. ca. ¶ Ulterius notabis etiaz text. in. dicto. c. conuertimini ad me in toto corde vestro. ⁊ ego con

uertat ad vos rc. ¶ In quo tu adde q̄ hoc
habetur Ezechielis.primo.c.ꝛ etiaȝ Isaye.
xlv.ꝛ zacharie.primo. ¶ Et etiaȝ concordat
text.in.caº.vide benignum infra eadem. Et
in.c.reuertimini supra.xvi.q.prima. ¶ In/
super notabis eundem tex in vers.dominus
precepit leprosis vt ostenderent se sacerdo/
tibus i itinere anteq̄ȝ ad sacerdotes venirēt
mundati sunt rc. ¶ In quo adde q̄ hoc ha/
betur originaliter Luce.v.ꝛ.xxv.capitulo.
¶ Insuper notabis eundem tex.in versicu/
lo Lazarus de monumento viuus prodijt.
¶ In quo dicas tu q̄ hoc ad litteram legi/
tur Johānis.xi.capitulo. ¶ Demuȝ notabis
eundem tex.in versiculo. post trinam nega/
tionem Petrus domino eūȝ respiciente pro
fudit amaras lachrymas rc. ¶ In quo dicas
tu q̄ hoc habetur ad litteraȝ Luce.xxij.capi
tulo. ¶ Et etiam concordat tex.ī.c.primo su
pra eadem questione. ¶ Et tex.in.c.ij.supra
xv.q.vltima.ꝛ in.c.corripiantur.xxiij.q̄e.
iij. ¶ Demuȝ notabis etiam eundeȝ text. in
versiculo dominus leprosum tangendo mun
dauit.ꝛ postea sacerdoti sacrificium ex lege
offerri precepit rc. ¶ In quo dicas tu q̄ hº
legitur ad litteram Luce.v.c.ꝛ etiā Math.
viij. ¶ Et lex.illa de qua ibi fit mentō habe
tur originaliter Leuitici.xiiij.capit. ¶ Sue
cessiue notabis eundem tex.in versiculo nū
quid medici suscitabunt ꝛ cōfitebuntur tibi.
¶ In quo dicas q̄ hoc habet Isaye.xxxvij
capit.ꝛ etiā ecclesiastici.xvij.ꝛ etiam in spal
mo incipiēte. Domine deus salutis rc. ¶ Ul
terius etiam notabis text.in.c. resuscitatus
in versiculo nulla participatio lucis ad tene
bras rc. ¶ In quo adde tu q̄ hoc habetur
ad litteram iudicum.xviij.c. ¶ Insuper no/
tabis etiaȝ tex.in.c.oīs in ver.si filij Abrae
estis facite opa Abrae rc. ¶ In quo dicas
tu q̄ hoc habetur ad litterā Job.viij.capitº
¶ Insuper notabis eundē tex.i vers.nemo
aūt filius dei ꝛ dyaboli simul esse potest rc.
Et eundem tex.ibidem statim. Nemo enim
duobus dominis seruire potest rc. ¶ In qº
vltimo dic q̄ hoc habetur ad litterā Math.
viij.c.ꝛ Luce.xvi.ꝛ ꝯcordat etiā tex.in.§.ro
manos infra dis.ij. ¶ Subsequēter notabis
etiā tex.in.c.omnis et secundo in vers.bonꝰ
ꝛ malus aliquis esse nō potest. ¶ Ulterius
notabis tex.in.d.c.dic tu in vers.iniquitates
tuas dic tu vt iustificeris. ¶ In quo dicas q̄
hoc habetur ad litteram Isaie.xliij.c. ꝛ etiā
cōcordat tex.in.c.ecce ifra ea. ¶ Subsequē
ter signabis tex.in.c.his verbis ī vers.peni
tentia vera est dolor cordis ꝛ amaritudo ani
me pro malis que quisq̄ȝ cōsensit vel ꝯmisit
¶ Et ibidem statim. Penitentia est mala p̄/
terita plangere ꝛ plangendo iteꝝ non cōmit
tere rc. ¶ Insuper etiam notabis tex.in.c.
nullus in fi.ī vers. ita eniȝ impartitur a deo
largitas misericordie vt non relinquatur iu/
sticia discipline. ¶ Preterea signabis tex in
c.agite penitentiam in vers.que solueritis in
terra erunt soluta ꝛ in celo rc. ¶ In quo ad
de q̄ hoc habetur ad litteram Johānis.xx.
c.ꝛ etiaȝ cōcordat tex.in.c.queȝ penitet ifra
ea. ¶ Insuper etiā notabis eundeȝ.text.in
vers.Job dicit erubui ī cōspectu populi pec
cata mea confiteri rc. ¶ In quo adde q̄ hº
expresse habetur Job.xxxi.c. ¶ Subsequē
ter notabis tex.in.c.ꝛ venit in versi. Adam
postquam peccauit fugit a conspectu dei.ꝛ i
terrogatus respōdit.audiui vocem tuaȝ ꝛ ti/
mui ꝛ abscondi me q̄ nudus eraȝ rc. ¶ In
quo adde tu q̄ hoc habetur ad litteram Ge
nesis.iij.c. ¶ Preterea notabis eundeȝ ter.
ī vers.Chayȝ de fratricidio cōdemnatus ex
iuit a facie dei ꝛ habitauit in terra naym rc.
¶ In quo dicas tu q̄ hoc habetur ad litterā
Genes.iiij.c.Et etiaȝ cōcordat tex.in.c. ser/
pens ifra ea. ¶ Demuȝ etiaȝ notabis tex.in
d.c.serpens ī vers.serpens decepit me ꝛ mā
ducaui rc. ¶ In quo tu adde q̄ hoc habetur
originaliter Genesis.iij.capitulo ¶ Prete/
rea notabis eundeȝ tex.ī vers. Chaym q vo
luit crimen negare indignus iudicatus est.
¶ In quo adde tu q̄ hoc habetur Genesis.
iiij.c. ¶ Et cōcordat etiaȝ tex in hoc eodem
textu proxime ī vers.dicens.nescio nunquid
ego custos fratris mei suȝ rc. ¶ Insuper no
tabis eundeȝ tex.in vers.Pastor ille euange
licus legitur leprosaȝ oueȝ vexisse non autē
obiecisse. ¶ In quo adde tu q̄ hoc habetur
Luce.xij.c ¶ Ultimo notabis eundeȝ tex.ī
vers.noli esse nimis iustus debet enim iusti/
ciam temperare moderatō. ¶ In quo adde
tu q̄ hoc habetur Ecclesiastici.vij.caº ¶ Et
etiā cōcordat tex.in.c.disciplina.ō. xlv dis.
¶ Preterea notabis etiam tex.ī.c.libenter
ī vers.nō veni vocare iustos sed peccatores
ad penitentiaȝ. ¶ In quo adde tu q̄ hoc ha
betur originaliter Luce.v.capitulo. ¶ Suc/
cessiue notabis tex.ī.c.multiplex.ī vers.me
diator eniȝ dei ꝛ hominū homo Jhesus xp̄s
prepositus ecclesie tradidit potestatem rc.
¶ In quo adde tu q̄ hoc habetur p paulum
ad litteram prima ad Thimotheū.ij.c.ꝛ etiā
Job.vltimo.c.ꝛ Mathei.xvi.c. ¶ Postmo
dum notabis etiam eundē tex.in vers.mise/
ricordie dei mensuras nō possumus ponere
nec tempora diffinire apud quem nullas pa
titur venie moras cōuersio rc.queȝ tex per
petuo tene mēti o tu peccator. ¶ Preterea
notabis tex.in.c.potest in vers. dixit Petro
excusanti.nisi lauero tibi pedes nō habebis
partem mecuȝ rc. ¶ In quo adde tu q̄ hoc

expresse habetur Johānis.xiij.c. ¶ Demuȝ notabis eundē tex. in §. q nocet corpori suo iuuat spiritum. ¶ Successiue notabis etiaȝ tex. in c. quantuslibȝ in vers. nō habet ꝙ erubescat cui peccatum dimissum est ⁊c. ¶ Preterea notabis tex. i. c. his potestatis in vers. quid mirum si salutem negatis alijs qui vestraȝ recusatis ⁊c. ¶ Jn quo adde tu ꝙ hoc habetur ad litteraȝ Ecclesiastici. xiiij. capitu° ¶ Demuȝ notabis eundē tex. in fi. i versi. q agit penitentiam nō soluȝ diluere lacbrymis debet peccatū sed etiā emendationibus operire ⁊ tegere delicta superiora vt non imputetur ei peccatum ⁊c. ¶ Jnsuper notabis tex. in. c. nōnulli in vers. nolite sanctum dare canibus nec margaritas mittetis ante porcos ⁊c. ¶ Jn quo adde tu ꝙ hoc habet ad litteram Mathei. vij. ⁊ xi. capitulo. ¶ Et cōcordat tex. i. c. nolite. s̄. xliij. dist. ¶ Jnsup etiaȝ notabis tex. i. c. sunt qui arbitrant i vers. nemo in peccatis positus arrogare, sibi debet auctoritateȝ aut vsurpationē sacramentoruȝ qȝ scriptum est peccasti quiesce ⁊c. ¶ Jn q adde tu ꝙ hoc habet Mathei. x. c. ⁊ Johānis. v. ⁊. viij. capitulo. ¶ Ultimo notabis eūdem tex. i vers. Moysi dicit solue calciamētum pedū tuoruȝ ⁊c. ¶ Jn quo adde tu ꝙ h° habet Exodi. iij. c. ⁊ etiam Actuuȝ. x. ¶ Postremo signabis eundē tex. in vers. nihil est tam sūmi doloris. qȝ si vnusquisqȝ posit⁹ sub captiuitate peccati recordet vnde lapsus sit ⁊ vnde ceciderit. ¶ Jn quo etiaȝ concordat tex. in. c. miror infra eadē. ¶ Jnsuper notabis tex. in. d. c. miror i versiculo memēto vnde cecideris ⁊ age penitētiam ⁊ priora opera fac. ¶ Jn quo adde tu ꝙ hoc etiam habetur Apocalipsis. ij. capitulo. ¶ Preterea notabis tex. in dicto. c. miror i versiculo elymosina a morte liberet ⁊c. ¶ Jn quo adde tu ꝙ hoc habet originaliter Thobie. iiij. capitulo ¶ Et etiam cōcordat tex. in. c. medicina īfra ea. dist. ¶ Rursus notabis tex. i. c. importuna i euangelio mulier tandem meruit audiri ⁊c. ¶ Jn quo tu adde ꝙ hoc habetur ad litterā Mathei. xv. c. ¶ Et etiā cōcordat tex. in. c. i. ifra. vi. dis. ¶ Preterea etiaȝ notabis tex. ibidem i vers. deus q nullius in terra se superari viribus potest publicani precibus vincitur ⁊c. ¶ Jn quo adde tu ꝙ hoc habet ad litterā Luce. xviij. c. ⁊ Mathei. xij. ¶ Jnsuper notabis eundē tex. in vers. christus in paradisum de cruce etiaȝ latronem tulit ⁊c. ¶ Jn quo adde tu ꝙ hoc habet originaliter Luce. xxiij. c. ¶ Demū notabis eundē tex. i vers. christus prodigum filium reuertentem letus amplectitur ⁊c. ¶ Jn quo dicas tu qꝺ hoc habet Luce. xv. c. ¶ Ulterius etiā signabis eundeȝ tex. in versiculo nonaginta nouē pecudibus derelictis vna ouicula que remāserat humeris boni pastoris aduehitur ⁊c. ¶ Jn quo adde tu ꝙ hoc habetur originaliter dicto. xv. c. ⁊ etiam Mathei. xviij. ¶ Et etiā concordat tex. i. c. serpens circa fi. supra ea. distin. ¶ Preterea notabis text. in. c. est peccatum in versiculo quis medebitur incātatori vulnerato a serpente ⁊c. ¶ Jn quo dicas tu ꝙ hoc legitur originaliter Ecclesiastici. xij. c. ¶ Demū notabis tex. i. c. si sacerdos in vers. si peccauerit sacerdos quis orabit pro eo ⁊c. ¶ Jn quo adde tu ꝙ hoc habetur ad litteram primo Regum. ij. capitulo. ¶ Successiue notabis tex. i. c. deus i versiculo quicunqȝ legisset Moysem rogasse ⁊ impetrasse ⁊c. ¶ Jn quo adde tu ꝙ hoc habetur ad litteram Exodi. xxij. c. ¶ Demuȝ etiam notabis eundem tex. in versiculo qui sciret ⁊ ieremiaȝ rogasse ⁊c. ¶ Jn quo adde tu ꝙ hoc etiaȝ originaliter habetur Jeremie. xlij. c. ⁊ ij. Machabeorū vltimo. c. ¶ Successiue notabis tex. in. §. deniqȝ in versiculo transcorrupti a domino sunt requisiti ꝺ culpa vt peccatum quod transgrediendo cōmiserant confitendo delerēt ⁊c. ¶ Jn quo adde tu ꝙ h° habet originaliter Genesis. iij. c. ¶ Ulteri⁹ notabis eundem tex. in versiculo serpēs autem de culpa regsitus nō ē ⁊c. ¶ Jn quo adde ꝙ hoc habetur originaliter Ezechielis. xvij. c. ⁊ ēt apochalipsis. xij. c. ¶ Itē notab eundē text. in ver. Chaym quoqȝ similiter a dño ꝺ culpa regsitus ē dicebat ei vbi est Abel frater tuus ⁊c. ¶ Jn quo dicas tu ꝙ hoc originaliter habetur ad litteraȝ Genes. iiij. c. ¶ Et etiam cōcordat tex. in dicto. c. serpens ⁊ in c. ⁊ venit. s̄. ead. distinc. ¶ Subsequenter notabis eundem tex. in vers. Moysi quoqȝ p̄cepit dñs vt cū lepra siue i cute siue in domo siue in veste siue in crine appareret sacerdoti ostēderetur ⁊c. ¶ Jn q° tu adde ꝙ de hoc habetur originaliter Leuitici. xiij. ⁊ xiiij. c. ¶ Jnsuper notabis eundē tex. in vers. Saul. quoqȝ cum a spiritu maligno vexaretur non poterat ad sane mentis officium redire nisi prius dauid psalterium acciperet ⁊ coram eo psalleret ⁊c. ¶ Jn quo adde tu ꝙ hoc habetur ad litterā primo Regū xvi. c. ¶ Jnsuper notabis tex. in vers. dauid quoqȝ cū adulterium ꝯmisisset ⁊ homicidiuȝ nō ante audiuit a ꝓpheta transtulit dominus peccatum tuū a te qȝ ipm peccatum ꝯfiteret ⁊c. ¶ Jn quo adde tu ꝙ hoc habet originaliter. ij. Regum. xi. ⁊ xij. c. ¶ Jnsuper notabis eūdem tex. in vers. Achab quoqȝ cū de innocentis sanguinis effusione sententiā ꝯminantis dei audiret induit se ipȝ cilicio. Unde dominus ait ad Helyam. quoniaȝ Achab reueritus ē faciem meaȝ non inducam malum

in diebus eius zc. ¶ In quo dicas tu q̃ hec
habent ad lr̃am .iij. Regum.xxi.c. ¶ Insup
notabis eundem tex.in vers. Niniuite cũ au
direñt adhuc quadraginta dies z Niniue sub
uertet .ex edicto regis z principum egerunt
penitentiã zc. ¶ In quo adde tu q̃ hoc ha
betur originaliter Jone secundo capitulo. z
Mathei.xij. ¶ Et et̃ cõcordat tex.in .c.quã
obrem circa principium infra ea.distinctõe.
¶ Subsequenter notabis eundẽ tex.i vers.
Nabuchdonosor quoqz propter superbiam
suam a rationabili mente in bestialez animũ
cõmutatus est a regno suo profugus nõ an/
te regnum recepit q̃z cõuersus deum predi/
cauit zc. ¶ In quo adde tu q̃ hoc ad litterã
habet Danielis.iij.z etiaz.iiij.c. ¶ Et cõcor
dat etiam tex.in hoc in dicto.c.quãobrem in
fra ea. ¶ Insuper notabis tex.eundez i ver
siculo plebs israelitica ob culpam sue trans/
gressionis non ante liberari meruit q̃z pecca
ta sua confitens danielis z aliorum sanctorũ
veniam precibus accepit zc. ¶ In quo ad/
de tu q̃ hec habent Deutrono.xxix.c. ¶ Et
etiam danielis.xiij.c.z Machabeorum vlti/
mo capitulo. ¶ Et he sunt auctoritates que
notande sunt i hoc.§.deniqz sumpte ex illo
profundissimo testamento veteri ad ostendẽ
dum q̃ sine confessione non potest quis mũ/
dari a peccato suo que omnia tene mẽti. ga
nunc habes apertissime ex supradictis origi
nem omniuz predictaꝝ auctoritatũ. ¶ Post
hec magister gratianus in eodem.§. deniqz
ponit etiam alias auctoritates idem proban
tes sed ex testamento nouo. ¶ In quibus et̃
idem faciam quod in superioribus feci ꝯme
morando i specie ortum z originem earum.
¶ Et primo notabis eundem tex. in versicu
lo venientes ad Johannem vt baptizarent
ab eo primuz confitebantur peccata sua zc.
¶ In quo adde tu q̃ hoc habetur ad litterã
Mathei.iij.capitulo. ¶ Insuper notabis eũ
dez tex.in versiculo Christus legitur suscitas
se a mortuis alios a lepra mundasse.alios il
luminasse.aliorũ membra dissoluta consoli
dasse.omniũ tamen sanitatẽ petitio proprie
vocis vel amicorum legitur precessisse zc.
¶ In quibus omnibus tu adde q̃ de suscita
tione mortuorũ habetur Mathei.viij. capi
tulo. De mundatione vero a lepra z illumia
tione habetur Mathei.viij.z.xv capitulo.
De consolidatione autem mẽbrorum habet
Johannis.v.capitulo z etiã Luce.v.capitu
lo z Math.viij.c. ¶ Subsequenter notabis
etiam eundez tex. in versiculo cecus quoqz
dum clamaret ad eũ miserere mei fili dauid
interrogauit eum Jhesus quid vis vt facia
tibi.at raboni vt videam lumen zc. ¶ In q̃
dicas tu q̃ hoc habetur originaliter Marci.

x.c.iuxta finem. ¶ Demuz notabis eundem
tex.i versiculo tres quoqz mortuos audiuit
quos aliis orantibus reddidit vite zc. ¶ In
quo adde tu q̃ hoc habetur ad litteram Jo/
hannis.xi.c.z etiam Luce.vij.z Mathei.v.
capitulo. ¶ Ulterius notabis eundem text.
in versiculo non absorbeat me in profunduz
neqz vrgeat sup me puteus os suũ zc. ¶ In
quo adde tu q̃ hoc habetur originaliter in
psalmo.lxviij. ¶ Ultimo notabis eundẽ tex.
i versiculo penitentiam agite appropinquat
enim regnum celorum zc. ¶ In quo adde tu
q̃ hoc habet ad litteram Mathei.iij.c.z et̃
Actuum.ij.c. ¶ Et etiam concordat tex.in.c
agite supra eadem distinctione. ¶ Successi/
ue notabis tex.in.c.nouit.in versiculo deus
nouit mutare sententiam si tu noueris emen
dare delictum. ¶ Preterea notabis etiam
tex.in.d.c.aliud in versiculo omnia mihi li/
cent sed non omnia mihi expediuit. ¶ In q̃
adde tu q̃ hoc ad litteram habetur per pau
lum prima ad Corinthios.vij.c. ¶ Preterea
notabis tex.in.c.si agamus penitentiam ip̃z
quoqz sue penitentie sentiet. ¶ Et ibidẽ eré
plum samariam z hyerusalem habere possu
mus zc. ¶ In quo adde tu q̃ de his habe/
tur Ester penultimo z vltimo.capi. z etiam
Actuum.viij.c. ¶ Preterea notabis etiam
tex.in.d.c.quamobrẽ in versiculo exempluz
regis Ezechie quem Jsayas dixit esse mor
turum zc. ¶ In quo adde tu q̃ hoc habetur
Jsaye.xxxiij.xxxvi.z.xxxviij.c. ¶ Insup no
tabis etiam eundem tex.i versiculo deus nõ
irascitur hominibus sed vitijs. ¶ Ultimo no
tabis eundem tex in versiculo rem temera/
riam faciunt qui audacter peccantibus ve/
niam pollicetur. ¶ Insuper notabis etiã text.
in.c.vide benignum dominum misericordis
cuz seueritate miscentẽ zc. ¶ In quo dicas
tu q̃ hoc habetur iudicuz.ij.c. ¶ Demuz no
tabis etiam tex.in.c.quia ibi natura diuini/
tatis clemens est z pia magis que ad indul/
gentiam q̃z ad vindictam prona zc. ¶ In q°
adde tu q̃ hoc habetur ad litteram Ezechie
lis.xxxiij.c. ¶ Demuz notabis eundem tex.
in versiculo non vult mortem peccatoris. s̃z
vt cõuertatur z viuat. ¶ In quo adde tu q̃
hoc habetur etiã originaliter per Paulũ ad
Romanos.x.capitulo. ¶ Insuper notabis
tex.in.c.predixerat in principio in versiculo
septuaginta annos desolationis templi pre/
dixerat Jeremias post quos rursus veniret
populus in iudeam z edificaret idez templũ
i hierusalem zc. ¶ In quo adde tu q̃ hoc ad
litteraz habetur ieremie.iij.capitulo. ¶ In
super notabis eundẽ tex.in versiculo ob du/
ritiam cordis populi iudeorum. ne ores pro
populo hoc quia non exaudiam te zc. ¶ In

quo adde tu ꝙ hoc originaliter habetur etiã ieremie.xiiij.capitulo. ¶ Ultimo notabis eũdem tex.in versiculo ad samuelez vsqz quo luges super saul ⁊ ego abieci eum ⁊c. ¶ In quo dicas tu ꝙ hoc originaliter habetur primo Regum.xvi.capitulo. ¶ Demũ notabis tex.in.c.medicina in versiculo pecuniam habes redime peccatum tuum non venalis est deus sed tu ipse venalis es peccatis tuis venundatus es ⁊c. ¶ Et ibidem statim elymosina a peccato liberat ⁊c. ¶ In quo vltimo dicas tu ꝙ hoc habetur originaliter Thobye iiij.⁊.viiij.capitu. ¶ Preterea notabis tex. in.c.medicamentuz in fine.in versiculo date elymosinam ⁊ omnia munda sunt vobis ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur ad litterã Luce.xviiij.capitulo. Et etiam per Pauluz ad Thitum primo.c. ⁊ etiam per eundez ad Romanos.xiiij.capitulo. ¶ Successiue notabis tex.in.c°.deus ibi diffinitionem non facit deus qui misericordiam suam omnibus promisit ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur originaliter Ezechielis.xviij.⁊.xxxiij.capitulo. ¶ Insuper notabis tex.in.c.fleat in versiculo Beati estis tristes qa gaudebitis ⁊c. ¶ In quo dicas tu ꝙ hoc habetur ad litteram Mathei.v.capitulo ¶ Ultimo notabis eundem tex.in fi.in versiculo motus lachrymis vidue quia plurimi pro ea flebant ⁊c. ¶ In quo dicas tu ꝙ hoc habetur originaliter Mathei.vij.capitulo.⁊ etiam Luce.vij. ¶ Ulterius etiam notabis tex in.c. Adam ibi Adam post culpaz statim de paradiso deus eiecit ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur ad litteram Genesis.iij.capitulo. ⁊ etiaz Leuitici.iij.capitulo. ¶ Postmoduz notabis tex.in.c.tres sunt in versiculo si nos enim iudicauerimus a domino vtiqz non iudicaremur. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc hr̃ originalr̃ p paulus ad Romanos.xiij.c. ¶ Insup notabis tex.in.c.si peccatũ ibi dñs trãstulit pctm̃ dauid tam detestabile ⁊c. ¶ In quo tu adde ꝙ hoc habetur originaliter secundo Regum xi.⁊.xij.capitulo. ¶ Ulterius notabis eundem tex.in fi.ibi iniquitati maculas studet temporali afflictione tergere quas in eis in perpetuuz nõ vult videre ⁊c. ¶ Insuper notabis tex.in.c.sic primi.i versiculo dauid ad quem propheta cuz missus esset ei que propter peccatuz quod admiserat aduẽtura mala cõminarentur ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hᵒ habetur originaliter secundo Reguz.xij. capitulo. ¶ Et concordat etiaz tex.in.c.si peccatuz supra eadem distinctione. ¶ Insuper notabis tex.in.c.in actione in versiculo plerunqz dolor alterius cordis occultus est alteri nec in aliorũ notitia nisi per verba vel quecunqz alia signa procedit. ¶ Preterea notabis tex in.c.iudicet in fi.i versiculo agere penitentiã non recuset nec resistat.nec letali ⁊ mortifere plage per pudorez addat timorez ⁊c. ¶ Et ibidez statim multi corrigũtur vt Petrus multi tollerantur vt iudas ⁊c ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur ad litterã Mathei.xxvi.capitulo. ¶ Et etiam concordat tex.in.c. multi supra secunda.q.prima. ¶ Successiue notabis tex.in.§.his auctoritatibus in versiculo declina a malo ⁊ fac bonũ ⁊c. ¶ In quo tu adde ꝙ hoc habetur ad litterã in psalmo.xxxiij. ¶ Ulterius notabis eundez tex .ibidez statim in versiculo.Delinquat impius viaz suaz .⁊ vir iniquus cogitationes suas ⁊c. ¶ In quo dicas tu ꝙ hoc habetur ad litteraz Isaye.lvi.capit. ¶ Preterea notabis tex.in.c.qui crimen in versiculo obstinatio animi ⁊ confessionis contẽptus quedaz mors est impietatis . ⁊ lepra superbie ⁊c. ¶ Cuz quo concordat etiaz tex.in.§. cuz ergo infra eadẽ distinctione. ¶ Ulterius notabis tex.in.§.econtra in versiculo. Confitemini alterutruz peccata vestra ⁊c. ¶ In quo dicas tu ꝙ hoc habetur originaliter Jacobi vltimo.c. ¶ Preterea notabis text.in. §. quecunqz in versiculo penitentia dolor ẽ cordis quo quisqz i se punit quod deliquit ⁊c Aliaz etiaz diffinitionez habes.s̃. ead.dist. in.§.his verbis. ¶ Insuper notabis tex.in. c.veritas in versiculo.veritas de terra orta est. ¶ Et ibidẽ statiz. Publicanus confitens redijt iustificatus ⁊c. ¶ In quo vltimo adde tu ꝙ hoc habetur Luce.xviij.c. ¶ Ulterius notabis tex.in.§.hec ergo in versiculo peccata Nabuchdonosor ꝓpheta misericordijs ⁊ elymosinis redemit sua ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur ad litterã Danielis.iij. capitulo. ¶ Et concordat etiã tex.in.c. quãobrez.s̃.ead.distinc. ¶ Ulterius notabis eũdez tex.in versiculo publica noxia. publico eget remedio ⁊c. ¶ Cuz quo concordat tex. in.c.non tibi dico.s̃.ead.distinc. ¶ Et ẽt tex. in.c.i.extra de penitentijs ⁊ remissionibus ⁊ tex.in.c.iudicet supra eadẽ distinctiõe. ¶ Ulterius notabis tex.in.§.econtra i versiculo quia eni supplicabit ꝓ peccato quod nescit. ¶ Et cõcordat etiã tex.i.c.cũ ergo infra ea. ¶ Ulterius notabis tex.in.c.qui domũ suaz in vers.non eni par debet esse fructus boni operis eius qui nihil vel parũ deliquit atqz eius qui grandia cõmisit ⁊c. ¶ Ulterius notabis etiaz tex.in.§.cũ ergo in versi.Chayz peccatuz suuz reticendo penitus supprimere querit ⁊c. ¶ In quo dicas ꝙ hoc habet̃ ad lraz Leuiti.iiij.c. ¶ Et cõcordat etiã tex.in. c.serpẽs.s̃.e.dis. ¶ Ulterius notabis text.i c.que penitet i vers.nõ aliũ statuatis nunciũ qui pro vobis offerat munꝰ a moyse statutũ

sed qui per vos peccatis per vos erubesca-
tis ⁊c. ¶ In quo adde tu q hoc habetur ad
litterã Leuitici. viij. c. Et concordat etiã tex.
in. c. inter hec infra distin. ij. ¶ Ulterius no-
tabis et eundẽ tex. i vers. erubescẽtia ipa par
tem habet remissionis ¶ Preterea notabis
eundem tex. in vers. misericordia dei est vbi-
q3 qui ⁊ iustis nouit parcere. ⁊ si non tam ci
to sicut soluerentur a sacerdote. ¶ Ulterius
notabis eundẽ tex. in vers. flebat turba post
filium vidue flebat Martha ⁊ Maria sup-
plicantes pro fratre ⁊c. ¶ In quo adde tu
q hoc d filio vidue habetur Luce. vij. c. De
Martha autem ⁊ Maria supplicantibus p
fratre suo Lazaro habetur Johannis. xi. c.
¶ Postremo signabis tex. in. c. quidẽ quod
est. c. si. in vers. confessio que soli deo fit qd
iustorum est purgat peccata ⁊c. ¶ In quo ad
de tu q hoc habet prouerbiorum. xi. c. vbi hoc
originaliter dicit. ¶ Et ex his habes nũc ea
que merito in hac prima distinctione quo ad
tex. notari potuerũt. ¶ Nunc capio glosas
recitatione dignas. ¶ Et primo glo. summe
quã diuido tibi in octo partes principales.
¶ Primo cõtinuat hanc distinctionẽ ad pre-
cedentia duobus modis. ¶ Secundo ponit
diffinitionẽ penitentie. ¶ In quo dicit q est
quedam dolentis vindicta puniẽs i se q do-
let commisisse vel mala preterita plangere. ⁊
plangenda iterum non cõmittere per tex. in
c. penitentia el primo ⁊ el secundo infra di-
stinctione tercia. ¶ Tercio ponit vnde dica-
tur penitentia. ¶ Et breuiter ccludit q a pe
nitendo per tex. in. c. tres sunt infra eadem
distinctione. ¶ Quarto ponit quid sit satisfa
ctio. ¶ In quo remissime loquitur allegãdo
ad tex. in. §. satisfactio infra distinctione ter
cia. ¶ Quinto ponit ea que considerantur i
satisfactione. ¶ Et breuiter dicit sex scilicet
persona. locus. tempus. qualitas. quantitas.
⁊ euentus. ¶ Sexto enumerat ea que sunt
necessaria in penitentia. ⁊ finaliter dicit esse
tria de quibus in. c. perfecta infra eadẽ distin
ctione. ¶ Septimo examinat multum nota-
biliter vtrum sola contritio deleat peccatum
¶ Et sic examinat hanc prima distinctionem
seu tercia questionem principalẽ. xxxiij. cãe.
¶ Et tandem concludit q non. ¶ Octauo ⁊
vltimo ponit ordinem istarum omnium septẽ
distinctionum de penitẽtijs. ⁊ quid tractetur
per magistrum Gratianum in qualibet earum.
secunda ibi ⁊ quid ipsa sit. tercia ibi dicit au
tem. quarta ibi que sit satisfactio. quinta ibi
attendunt autem. sexta ibi tria sunt necessa-
ria. septima ibi in prima distinctione. octaua
⁊ vltima ibi in secunda distinctione ⁊c. ¶ In
super habes glo. in. §. sunt enim multi ma
gistrum ponentes omnia que sint necessaria

in satisfactione. ⁊ an sola contritio cordis tol
lat peccatum ⁊c. vt ibi per eam. Et gl. in. d.
l. nemo in verbo orthodoxe que dixit q infi
deles non possunt postulare. Et glo. in dicto.
c. si quis pulsatus in verbo vapulatus que
dixit q iniciens manũ i vestem clerici vel i
rem ab eo detentam incidit i canonem. ¶ Ul
terius etiã notabis gl. in. d. l. vulgaris i ver
bo nec manifestos que dicit q iudex eccle-
siasticus debet iniũgere penitentiam ei q se
cauit segetem meam vel oliuam meã licet fe
cerit condicionẽ meam meliorem. ¶ Prete
rea notabis glo. in. l. aut facta in verbo pa-
rentem. que dicit q pene inducte contra pa
tricidas multo magis habẽt locum contra oc
cidentẽ patrem spiritualẽ. ¶ Insuper nota-
bis glo. i. d. c. piculose. que dicit q iudei illi
magis peccauerunt cum lingua crucifigẽtes
christum dominum nostrum q3 milites ⁊ Py
latus qui crucifixerunt opere. ¶ Ulterius
notabis glo. ibidem in verbo hora sexta que
arguit contra testes contradicentes ⁊ contra
rios ad inuicẽ. ¶ Ultimo notabis glosam ibi
dem i verbo penitentie que dicit q clericus
efficitur irregularis qui voluit cõmittere ho
micidiũ ⁊ nõ fecit. ¶ Preterea notabis glo.
magistram in. d. c. conuertimini q ponit quo
modo debet fieri conuersio ad deum. Et dat
exemplum de radio solis. Si enim aperio fe
nestram intrat. si clausero non intrat ⁊ tamẽ
non possum cogere q intret. vnde dictum ẽ
de homine qui est spiritus vadens ⁊ non re
diens per se. si tamen habet gratiam potest
mereri vitam eternã. ¶ Insup notabis glo.
in. d. c. pfecta in verbo fructifera que ponit
existẽtia peccati mortalis ⁊ eius contraria. ⁊
vtrum quis teneat confiteri de venialibus
peccatis. Et dicit q non si loquimur de mino
ribus sed de venialibus maioribus sic. tamẽ
secundum glo. existenti in peccato mortali ẽt
non dimittunt venialia. ¶ Et glo. in. c. sed
continuo in verbo vicinia que ponit de duo-
bus fratribus domum cõmunem habitantibus
an vno peccante tota domus sit diruenda. ⁊
non decidit. ¶ Et glo. in. d. c. serpens in ver
bo venialis. que ponit quod dicat esse pec-
catum veniale dicens q est illud quod fit p
ignorantiam ⁊ quod veniam habet annexam
in se. ¶ Ulterius signabis glo. in. c. sunt qui
arbitrant. que arguit contra scolares qui in
scolis dormiunt. ⁊ bene nota hanc glo. tu q
hoc facis maxime quando vigilasti nocte p
cedenti nõ ob eam tamẽ iustam tamẽ sepiẽs
pauca. ¶ Ulterius notabis glo. magistram
in. §. sed huiusmodi in verbo dimittendam
que ponit multum notabiliter quod dicatur
esse peccatum in spiritũ sanctum. Cõcludens
quod ẽ finalis impenitẽtia vsq3 ad mortem.

¶ Preterea notabis glo.in.c. qui sanctus i verbo peccator. que ponit satis magistraliter vtruz abstinẽs a comunione altaris peccet vel mereatur. ⁊ dicit ꝙ si stat propter reuerentiam cõmendandus est ⁊ in alijs casibus in ea enumeratis. ¶ Et glo.in.c. ecclesia in verbo de ecclesia.que ponit qui dicantur esse in ecclesia re ⁊ nomine. ⁊ qui nec nomine nec re. ⁊ qui nomine tantũ. ⁊ qui re tãtuz. ¶ Insuper notabis glo.in.c.predixerat in verbo postea que ponit de scriptore qui ꝑmisit ad certum terminuz scribere librum. ⁊ iaz lapsum est tantum tempus ꝙ non est possibile perfici opus. vtrum statim possit agi contra eum. ⁊ remissiue loquuta est. ¶ Preterea notabis glo.in.cap°.si peccatum i verbo peccatum. que ponit differentiam inter peccatum ⁊ delictum. dicens ꝙ delictum est iuuentutis ⁊ ignorantie. sed peccatum est scientie. ¶ Ulterius notabis glo.multuz notabilem in.§.his auctoritatibus i verbo de nouo.que ponit casus in quibus confessus peccatuz tenetur iterum confiteri. ⁊ maxime dicit quando primus sacerdos erat imperitus vt ibi per eaz quaz perpetuo notabis. ¶ Ulterius notabis glo.in.c.qui domuz in verbo siclo.que ponit de siclo.de obolo. ⁊ de dragma. ¶ Et glo. ibidez in verbo sine confessione ⁊ et in.§.cuz ergo que dixit illud boecij. Si opera medicantis expectas opus est vt vulnus detegas. ¶ Et hec sunt que cõmode hic dici potuerunt.quo ad tex. ⁊ glosas i hac prima distinctione principali vna cuz additionibus ⁊ supplectionibus circa predicta omnia necessarijs ⁊ oportunis. quas magno cũ labore ⁊ vigilijs elegimus.tam ex veteri ꝙ̃ nouo testamento.necnõ ex alijs varijs ⁊ pluribus sacris codicibus que omnia tene mẽti

¶ De penitentijs dis.ij.

q **Uia vero** ¶ hec est secũda distinctio huius solemnis tractatus de penitentijs. ¶ Qua queritur principaliter vtruz caritas semel habita possit perdi. ⁊ dicitur tandem ꝙ sic quantũcumqz sit perfecta.tex.est in.§. non est mirum infra eadem distinctione. ¶ In qua vt intelligas ordinez magistri Gratiani ne errares in ordine hu9 distinctionis. ¶ Ponit primo vnum penitus diuersum qd infra videbimus in principali distinctione.scilicet an penitentia possit iterari.naz probat hic in principio ꝙ non possit iterari per tex.in.c.si quis semel quod est capm.primuz.post quod.c.aggreditur magister postmodum principale propositum nostrum huius secunde distinctionis de caritate semel habita vtrum possit amitti. ¶ In q̃ longius exordiendo probat ꝙ non per text.

in.c.caritas. ⁊ in.c.radicata. ⁊ i.c. caritas el secundo. ⁊ el terzo. ⁊ el quarto. ⁊ in.c. ergo. ⁊ in.c.corpus. ⁊ in.c.penata cuz multis similibus capitulis seqnentibus vsqz ad.§. hec q̃ de caritate. ¶ In quo.§.postea magister respondit ad omnia iura predicta vt intelligantur de caritate perfecta. ¶ Et ibi etiam probat gradus existentes in caritate demum assumit partem contrariam ⁊ probat per multa ꝙ imo caritas potest amitti per tex. in.c. quicunqz. ⁊ in.c.firmum. ⁊ in.c.non est. ⁊ in.§.opponitur. ⁊ in.c.fugerat. ⁊ in.c.si enim ⁊ in.c.multi. ⁊ in c.citius. ⁊ in.§.quod vero. ⁊ in.c.principium.quod est capituluz finale eadem distinctione. ¶ Et hic ẽ verus ordo magistri in hac secunda distinctione prout etiaz fuit de mente glose summe hic. ¶ Lum qua etiam aliquid dicam. sed nunc iuxta morem nostrum operepreciuz est vt cõdescendamus ad ea que in hac secunda distinctione. cõmemoratione digna mihi fore videntur. ¶ Et primo notabis text. in dicto.§. quia vero in principio in versiculo cui omnia futura ꝑsentia sunt ⁊c. ⁊ loquitur de omnipotenti deo. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur ad literã Danielis.xiij.capitulo. ⁊ etiam per Paulum ad ephesios.iiij.cap°. ¶ Et concordat etiaz tex. in.c.deus omnipotens supra.ij.q̃one p^a ¶ Insuper notabis eundez tex.in fi. in versic°. vade ⁊ noli amplius peccare ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur Johãnis. viij.c. ¶ Et concordat etiam tex.in.c.apostolus. ⁊ in.c.ad hec infra distinctione.iij. ⁊ etiaz tex. in.c.ponderet.ð.l^a.dis. ¶ Ulterius notabis tex.in.d.c.si quis in vers. oportet ergo ꝑ cõtraria atqz aduersa curari. ¶ Ulterius notabis etiaz tex.i.c.hec est caritas in vers.sicut sine via nullus peruenit quo tẽdit.ita sine caritate que dicta est via non possunt ambulare homines.sed errare. ¶ Insuper notabis tex.i.c.ergo in vers.quid est deuz diligere. nisi illuz occupare animo concipere fruende visionis eius affectuz peccati odiũ mundi fastidium diligere etiã proximum ⁊c. ¶ Luz q̊ ꝯcordat ẽt tex.in.c.sciens.ð. vij.q.i. ⁊ ifra ð consecra.dis. v.in.c.nunq̃z. ⁊ in.c.nõ iniuste. extra de procura. ¶ Successiue notabis tex in.c.caritas nunq̃z excidit ⁊c. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc hr ad literam per paulum pria ad Corinth.primo.c. ¶ Demuz notabis tex. in.d.c.pẽuata in vers.nemo mittens manuz suam in aratruz ⁊c. ¶ In quo tu adde ꝙ h° habetur Luce.ix.ca. ⁊ concordat etiam tex. in.c.magne extra de voto ⁊ voti redẽptione ¶ Ulterius notabis eũdẽ tex.i ṽs. retrorsuz oblit9 i ea q̃ sũt ãteriora extẽdẽs me sequor ad palmã supne vocatõis. ¶ Insup notabis tex.in.c.nõ reuertebant i versiculo illoruz

semita. quasi lux splendens procedit ⁊ crescit vsq; ad perfectuz diez ⁊c. ¶ In quo adde tu q̄ hoc originaliter habetur prouerbioruz .iiij. c. ⁊ et sapiētie. v. c. ¶ Ulterius notabis tex. in. c. quia radix in vers. cupiditas est radix omniuz maloruz. ⁊ radix omniuz bonoruz est caritas. ¶ In quo dicas tu q̄ hoc habetur ad litteraz p̄ paulū prima ad Thimotheum. vi. c. ¶ Et ꝯcordat ēt tex. i. c. bonoꝝ .§. xlvi dis. ¶ Insup notabis eundē tex. i fi. i vers. sine causa conat̄ quis ramos incidere si radicez nō ꝯtendit euellere. ¶ Preterea notabis tex. in. c. caritas el quarto ibi. qui biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet i eternuz ⁊c. ⁊ loquitur de caritate. ¶ In quo tu adde q̄ hoc habet̄ ad litterā Johānis. iiij c. ⁊ etiā Mathei. v. ¶ Insup notabis tex. in c. amen amen dico vobis. i vers. hec ē fideo que per dilectionez opatur ⁊c. ¶ In quo tu adde q̄ hoc originaliter hr̄ per paulū ad galathas. v. c. ¶ Ulteri⁹ signabis tex. i. c. Ego sum panis viuus q̄ de celo descendi. si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternuz ⁊c. que verba originaliter habent̄ Mathei x. c. ¶ Demum notabis tex. i. §. hec que de caritate in vers. nemo enim repēte fit sum⁹ ⁊c. ¶ Cuz quo ꝯcordat ēt tex. in. c. cuz sanctā infra ea. dis. ⁊ i. c. cuz ex litteris extra de in integ. resti. ¶ Demū notabis tex. in. d. c. cuz sanctā in vers. omnipotēs deus adhuc p̄ fructum falcem mittit ⁊ messez suā desecat. qa cum vnumqueq; ad opera perfecta perduxerit eius temporalez vitam p̄missam sentētiam incidit vt granuz suum ad celestia horrea perducat. ¶ Ulterius notabis etiam eūdem tex. in vers. nullus itaq; qui ad bonuz p̄positūz adhuc in mentis amaritudine esse ꝯspicitur despiciatur. quia frumentum dei ab herba incipit vt granuz fiat. ¶ Preterea notabis etiam tex. in. c. qui vult in vers. maiorē caritatē nemo habet ⁊c. ¶ In quo dicas tu q̄ hoc habetur originaliter Johānis. xiiij°. ⁊. xv. c. ¶ Insuper notabis tex. in. c. sicut in fine in vers. tria genera mortuorum dominno resuscitasse legit̄ ⁊c. ¶ In quo dicas q̄ hec habentur Mathei. ix. c. ⁊ etiā Luce. vij. ⁊ ix ⁊ Johānis. xi. c. ¶ Insup ēt notabis tex. i. c inter i vers. temptatio vos nō app̄hendat nisi humana ⁊c. que verba habentur originaliter per paulum prima ad Thimotheuz. ix. c. ¶ Demū notabis tex. in. c. firmū in ver. fundamentuz dei stat īmobile habēs signaculuz ⁊c. q̄ verba reperio apud paulū. fa ad Thi[m] ij. c. ¶ Insuper notabis tex. in. §. romanos i vers. romanos quoq; ⁊ Galathas dum apostolus redargueret merito fidei ꝓbat assecutos remissionē peccatoꝝ ⁊c. que oia inueniūtur p̄ eum ad romanos. vi. c. ⁊ ad galathas.

iij. c. ¶ Insuper notabis eundez tex. i versi. nemo pōt duobus dominis seruire ⁊c. quod dic haberi originaliter Luce. xvi c. ⁊ Math. vij. ¶ Et etiam concordat tex. .§. dis. prima i c. ois qui odit. ¶ Preterea notabis tex. i. § Adaz ergo in vers. cuz de latere adam vxoꝛ formabat̄ ⁊c. ¶ In quo tu dicas q̄ hoc originaliter traditur genesis. ij. c. ¶ Preterea videbis tex. in. c. quomodo in vers. expoliate vos veterem hominem ⁊ induite nouum qui renouatur in agnitione fidei ⁊c. que verba reperies apud paulum ad litterā ad colocenses. iij. c. ¶ Successiue notabis tex. in c. princeps in vers. princeps viciorum omnium idest dyabolus dū vidit Adaz ex limo terre ad ymaginem dei factuz pudicicia ornatū ⁊c. ¶ In quo dicas tu q̄ hoc narratur originaliter genesis secundo. c. ¶ Subsequenter notabis tex. in. §. opponitur in vers. de moyse dum se negauit filiū sibie pharaonis malīcēs affligi cum fratribus q̄z profui iocunditate temporalis palacij ⁊c que habentur originaliter exodi ij. ⁊. iij. c. ⁊ etiam Actuum. vij c. ⁊ etiam. xi ⁊. xij. c. ¶ Ulterius etiam notabis eundem tex. in vers. cum non habeat in se aliquid viriditatis ramus boni operis nisi procedat ex radice caritatis ⁊c. ¶ Et ibidē statim. Dominus facie ad faciem loquebat̄ ad Moysez sicut homo solet loqui cum amico suo ⁊c. que habentur ad litteram Exodi. xxxiij. capitulo. ¶ Et etiam concordat text. i c. moyses supra. viij. questione pria. ¶ Successiue notabis eundem tex. in versiculo anime caritatem habebat ꝺe cuius spiritu dominus accepit ⁊ super septuaginta seniores israel preposuit ⁊c. ¶ Que verba habentur originaliter Deutronom. primo capitulo. Et etiam Numeri. xij. capitulo. ¶ Insuper notabis eundem tex. in vers. an non caritatem hēat Aaron quando fratri coadiutor datus esset vt esset os eius ad populum vt per eū signa in egypto fierent ⁊c. ¶ Que habentur origialiter exodi quarto capitulo. ¶ Demum notabis eundem textum ibidem statz in versiculo in cultra vituli postea populo ꝯsensum adhibuit ⁊c. ¶ Que habentur originaliter Exodi. xxxij°. capitulo. ¶ Preterea notabis textum in. §. nunquid in versiculo. dauid super quem spiritus domini a die vnctionis directus est ⁊c. ¶ Que verba habentur primo Regum. xvi°. capitulo. ¶ Demo notabis textum in dicto. §. nunquid. ibi de quo dominus ait. Inueni seruuz s̄m cor meum. ⁊ loquitur de dauid. ¶ In quo dicas q̄ hoc habetur originaliter Actuum. xiij. capitulo. ¶ Insuper notabis eundem tex. i versiculo qui querenti animam suam pepercit. ⁊ qui oram clamidis eius precidit ⁊cetera.

Et loquit̃ de dauid. Que omnia habent̃ ad
litteram primo Regum.xiiij.c. ¶ Et ibidem
statim. Mortem inimici sui tam grauissime
tulit ꝛc. Quod etiam habet̃ originaliter pri
mo Regũ vltio.c. ¶ Et ibidem. Qui aquaꝫ
de cisterna bethleem suoꝝ periculo sibi alla
tam non bibit sed coram domino libauit ꝛc.
quod habetur etiam p° paralipomenon.iij.
c.ꝛ ẽt idẽ habetur primo regũ.xxiij.c. ¶ Et
ibideꝫ qui irrisus a Micol filia saul eo ꝙ an
te archaꝫ domini cytharam ꝛ psalteriuꝫ per
cutiens saltasset ꝛc. ¶ In quo tu adde ꝙ h°
habetur ad litteram primo regũ.xviij.ꝛ.xix
c. ¶ Insuper notabis tex.ibidem in vers. si
reddidi retribuentibus mihi mala decidam
merito ab inimicis meis inanis ꝛc. ¶ In q°
adde tu ꝙ hoc habetur in psalmo.vij.incipi-
ente domine deus meus. ¶ Insuper notab.
eundem tex in vers.qui post adulteriuꝫ ꝛ he
urie homicidiuꝫ addidit ꝛc. ¶ In quo dicas
tu ꝙ hoc habetur originaliter secũdo Regũ
xi.ꝛ.xij c. ¶ Ulterius notabis eundem tex.
in vers.auerte faciem tuam a peccatis meis
ꝛc.que verba habentur ad litteram in psal-
mo.l°.incipiente.miserere mei deꝰ ¶ Sub
sequenter notabis etiam tex.in.d.c.fugerat
ibi sanctus Dauid fugerat odia regis saul nõ
relinquens terras ꝛc.que verba habent̃ ori
ginaliter primo Regum.xx.ꝛ.xxi.c. ¶ Ulti-
mo notabis eundem tex.in vers. qꝛ dei amo
rem non habuit sine quo nemo vnquã inue-
nit gratiam ¶ Preterea notabis etiaꝫ tex.i
c.si enim in vers.quomodo dies ꝛ nox misce
ri nequeunt.sic iusticia ꝛ iniquitas.peccatuꝫ
ꝛ bona opera xp̃us ꝛ antixp̃us. ¶ Insup no
tabis eundem tex.in vers.quomodo eni cor
pus sine spiritu mortuum est sic ꝛ fides sine
operibus mortua est ꝛc. que verba haben-
tur ad litteram Jacobi.ij.ca. ¶ Insuper no
tabis etiam eundem tex.in vers.nec grande
putemus esse vnum deuꝫ nosce euꝫ ꝛ demo
nes credunt ꝛ contremiscũt ꝛc. ¶ Quod ha
betur etiam ad litteram iacobi dicto fo ca°.
¶ Demum notabis eundem tex.i vers.chri
stus qui peccatum non fecit nec inuentus est
dolus in ore eius.qui cum malediceret̃ non
maledicebat ꝛc. ¶ In quo dicas tu ꝙ h° ha
betur ad litteram prima petri.fo.capitulo.
¶ Preterea notabis eundem tex.in vers.tã
quam agnus coram tondente se non aperuit
os suum. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc habetur
ad litteram isaye.liij.capitulo. ꝛ Actuum oc
tauo.c. ¶ Postmodum notabis eundẽ tex. ĩ
ver.nos autem multum pecamus omnes. ꝛ
nemo mũdus a peccatis nec ĩfans. ꝛ si vniꝰ
quidem diei fuerit vita eius ꝛc. Que verba
habentur per paulum originaliter ad ephe-
sios.ij.c. ¶ Demum notabis eundem tex.in
versi. ecce enim in iniquitatibus conceptus
sum.ꝛ in peccatis cõcepit me mater mea ꝛc
quod habetur ad litteraꝫ per dauid. psalmo
quinquagesimo. ¶ Preterea signabis eũdẽ
tex.in vers.si fuero iustus os meũ impia nõ
loquatur.ꝛ sine crimine prauus inueniar.ꝛ si
purificatus in niue ꝛ lotus mũdis manibus
satis me sorde tinxisti.ꝛ execratum est vesti
mentum meum ꝛc.quod habetur ad litteraꝫ
iob nono capitulo. ¶ Insuper notabis eun-
dem tex.in versiculo.qui lotus est semel nõ
habet necesse vt iterum lauetur ꝛc. que ver
ba reperiuntur originaliter iohannis.xiiij.c
¶ Post hec notabis eundem tex. in versicu
lo.Tu es petrus ꝛ super hanc petram edifi
cabo ecclesiam meam. quod habetur ad lit-
teram Mathei.xvi.c. ¶ Preterea notabis
eundem tex.in vers. Symon ecce inquit sa-
thanas postulat vos vt cribraret quasi triti-
cum ꝛc. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc originali-
ter habetur iohãnis.xiiij.c. ¶ Demum nota
bis eundem tex.in versic. paulus electionis
vas castigat corpus suum ꝛ in seruituteꝫ red
digit ne alij predicans ipse reprobus inueni
atur ꝛc. ¶ In quo adde ꝙ hoc habetur ori-
ginaliter per pauluꝫ prima ad Corinthios.i.
capitulo.ꝛ etiam Actuum.xx. ¶ Insuper si-
gnabis eundem tex.in vers.re vera grandis
iniustitia dei si tantum peccata puniret ꝛ bo
na opera non susciperet loquutus sum inqt
ita vt vos retraherem a peccatis.ꝛ dispera
tionis metu facerem cautiores ꝛc. que ver-
ba habentur originaliter per eundem paulũ
ad hebreos.vi.c. ¶ Insuper notabis eundẽ
tex.in vers.liberi arbitrij nos condidit deus
nec ad virtutem nec ad vitia necessitate tra
himur alioquin vbi necessitas est ibi nec co-
rona est sicut in bonis operibus perfectio ẽ
dei ꝛc. ¶ In quo adde tu ꝙ hec habentur ꝑ
paulum ad romanos.viij.c. ¶ Preterea no
tabis eundeꝫ tex. in vers.vasa figuli probat
fornax homines autem iustos temptatio tri
bulationis ꝛc. ¶ In quo adde tu ꝙ hoc ha-
betur ad litteram sapientie.xij.capit. ¶ Ex
post notabis eundem tex. in versiculo filiac
cede ad seruitutem dei preparate ad temp-
ptationes ꝛc.que verba habentur originali
ter ecclesiast.ij.c. ¶ Item notabis eundem
tex.in vers.estote factores verbi ꝛ nõ audi-
tores tantũ ꝛc.quod habes etiam originalr̃
iacobi.ij.c. ¶ Insuper notabis eũdeꝫ tex.in
vers.deꝰ oĩa sub peccato vel delicto vt oĩbꝰ
misereat̃ ꝛc. ¶ In q̃ dicas tu ꝙ hoc habetur
ꝑ paulũ ad lraꝫ ad romãos.ix.c. ¶ Preterẽa
signabis eũdẽ tex.ĩ vers.scio iqt ꝛ laboreꝫ ꝛ
patiẽtiam tuam qꝛ substinuisti propter nomẽ
meũ ꝛ nõ defecisti.sꝫ hẽo aduersus te pauca
ꝙ caritatẽ tuaꝫ reliqsti ꝛc. q̃ verba origina-

